
... quatuor ...
... Præ
... ide

SERIES
EPISCOPORUM CÆSENATIUM
A
FERDINANDO UGHELLIO
CONTEXTA
A
NICOLAO COLETO
ALIQUANTULUM AUCTA, ET EMENDATA:
NUNC A
FRANCISCO ANTONIO ZACCARIA
Ut fieri potuit, restituta, atque ad nostrum
TEMPUS PERDUCTA.



CÆSENÆ MDCCLXXIX.

APUD GREGORIUM BLASINIUM SUB SIGNO PALLADIS
Superiorum Facultate.

SANCTISSIMO PATRI

PIO VI.

CATHOLICÆ ECCLESIÆ EPISCOPO

FRANCISCUS CÆSENATIS ECCLESIÆ

EPISCOPUS FELICITATEM.

QUANTA *in Tuam hanc Patriam pietate, Pater Beatissime, feraris, ne litteras memorem, quas sub ipsa faustissimi Tui Pontificatus exordia ad Cives Tuos dedisti,*

amoris plenas, palam faciunt istæc non paucis Paræciis, aliisque Ecclesiis aucta Diœcesis, amplissima, ac vere Regia, quam nobis jam paras Bibliotecha, & alia plurima, quæ in hujus Ecclesiæ, Urbisque commodum, atque splendorem sperare Nos pro Tua munificentia jussisti: ut quod a Paulo II. decessore Tuo ad Venetiarum (qua in Urbe natus is fuerat) Patriarcham scriptum novimus A. M. CCCCLXV.; magnam esse & indelebilem patriæ necessitudinem, *id summo Cæsenæ Tuæ emolumento, summa gloria infixum hærere Tibi in animo, alacres, & læti inter nos gratulemur. Verum non ea sunt beneficia Tua, ut gratissima licet memoria omnium civium includantur: testari nos illa omnibus gentibus, testari posteritati omni par est; idque me potissimum decet, qui non modo civis Tuus sim, sed etiam ob Episcopale munus, quo hic fungor, Tuæ*

Sanctitati obstrictior. Atque illud quidem mihi sane percommodum adcidit, quod Cl. Vir Franciscus Antonius Zaccaria, quum apud nos conciones haberet, Ughellianam nostratium Episcoporum seriem, non solum hortante me, sed etiam plurium monumentorum Symbolam conferente reformandam, illustrandam augendam susceperit. Eam enim e prælis emergentem offerre me Tibi licet, Pater Sanctissime, veluti quoddam ære perennius monumentum, cum Tuorum in nos meritorum, tum nostræ Tibi devinctissimæ voluntatis. Faxint enimvero Severus, & Maurus Sanctissimi Viri, faxint qui in hoc Commentariolo percensentur, cæteri mei decessores spectatæ cujusdam virtutis fama præstantiores, ut illorum precibus Te Patria, Romana Sedes, Christianus Orbis animo pariter, ac corpore florentem, incolumem, & beatum quam diutissime habeat. Id una mecum

auctor operis, quod ad Sanctissimos pedes Tuos gestiens convolat, precari numquam desinet: hoc vero a Te uterque impense rogamus, ut nostris hisce votis exorabiliorem Deum Apostolica Tua efficias benedictione.

Cæsenæ III. *Non. Maii* MDCCLXXIX.

PROEMIUM.

QUod Cremonenſes, Piſtorienſes, Laudenſes, Cremenſes, & Auximanos Epiſcopos illuſtraturus præteritis annis feci, idem nunc in Cæſenatibus præſtabo. Id ſcilicet & in his mihi propoſui, ut *Ughellianus* textus a *Coleto* auctus, & emendatus integer prodeat cum meis additionibus; vetera tamen, quæ Ughellius protulit monumenta, quum aut pluribus fœdata erroribus, aut miſerrime mutila apud illum proſtent, ne Lectores inutili errorum, emendationumque farragine onerarentur, ad archetypa reddere malui, quam correctiones erratis ſubjicere. Utinam tamen omnia licuiſſet iterum cum antiquis ſive autographis, ſive apographis conferre! Verum ab eo, quo ad *Ughellium* miſſa ſunt, tempore aliqua interciderunt. Porro præter Capitularis Archivii chartas conſului cum primis magnum illud Monaſticarum, atque adeo Sacrarum omnium per Italiam rerum promptuarium, *Annales* inquam *Camaldulenſes* a doctiſſimis Patribus DD. Joanne Benedicto *Mittarelli*, & Anſelmo *Coſtadoni* elaboratos, qui quum maximo mihi uſui fuerint, commendari hic a me omnino pro grati animi officio debuerant.

CÆSE-

CÆSENATENSES EPISCOPI.

MEdia omnino Æmiliæ via ad Collis radices prope fluvium *Sepin Cæsena* Civitas sita est, inter *Faventiam*, & *Ariminum* collocata, quam in *Galliam togatam* rejicit *Ptolomeus*; *Plinius* vero inter octavæ regionis numerat Civitates: Recentiorum vero plerique *Romandiolæ* Provinciæ attribuunt. Dictam Cæsenam existimant aliqui, vel quod exiguo amne cæsa, id est divisa sit, ut *Darius Tibertus* civis, & Poeta Cæsenas

Urbs Cæsena mihi patria est, quam dividit unda
Cæsis, & a patrio flumine nomen habet.

Vel quod ejusdem ager duobus fluminibus dividatur. *Strabo* inter illius Provinciæ nobiles Civitates enumerat, fuitque tamen appellata, tametsi causa lateat, *Flavia Curva Papia*, ut in vita S. Mauri (1) ipsius Episcopi enarratur. Latet etiam Scriptores *Cæsenæ* auctor, tempusque, quo muros extendit, & fines, tametsi *Scipio Claramontius* nobilis patriæ Scriptor, a *Senonibus Gallis* sub Rege Brenno ædificatam *Senamque* dictam referat suis in commentariis: inde post Civile bellum inter *Marium*, *Syllamque* a Victoribus dirutam, *Cæsam Senensem* deinceps nuncupatam, (2) mox restitutam sub Consulatu *Lepidi*, & *Munatii Planci*. Tantum constat, si ulla *Procopio* fides, antiquissimam illam, ac celebrem. Eandem fortunam tulit cum aliis *Flaminiæ* Civitatibus, studuitque Populo Roma-

ADDITIO.

(1) S. *Severi* dici debuerat.

(2) De *Caesenae* etymologia conferri possunt, quae in adnotationibus ad egregium Italicum Poema inscriptum il *Zolfo*, editumque *Bononiæ* an. 1762. disseruit Vir Cl. *Vincentius* Comes *Masinius* pag. 89.

no citra corruptæ fidei labem. (3) In maxima autem perturbatione rerum, modo externos, ac barbaros, modo proprios Cives in sævos, trucesque versos tyrannos experta est. In quibus, sed mitiores, *Ordelafi*, ac *Malatestæ* fuerunt, quorum postremus *Novellus Malatesta* litterarum, & eruditionis appetentissimus mirabiliter *Cæsenam* exornavit, apud S. *Franciscum* celebri illa, ac plane visenda Manuscriptorum Bibliotheca fundata. (4) Sævior videbatur futurus, si fatum celerius absfuisset, *Cæsar Borgia*, cujus *Alexander VI. Cæsenam* jussit subire jugum; quo ad libertatem *Italiæ* opportune extincto, rediit illa ad Ecclesiasticos fasces, sub quibus modo optimis constituta legibus tranquille quiescit. Civitas pulcra est, fœtaque populo, ac Civibus exornata illustribus. Intra murorum circuitum ad mortalium multa millia alit, abundatque fertile solum ad usum, jucunditatemque incredibili copia rerum; vino autem *Cæsenatico* præcipue a Pli-

---

(3) Ad Romana *Caesenatis* Urbis tempora pertinent veteres non paucae Inscriptiones ab eodem *Masinio* diligenter collectae pag. 155. seqq. Inter has tamen, quae VII. est ad Caesenam non spectat, sed ad Beneventum. Quamobrem post Gruterum a Cl. de *Vita* edita fuit inter Beneventanas *T.* 1. *Thes Antiquit. Benevent.* Cl. IX. pag. XII. n. 12. Quum autem ex mſ Codice *Juliani Fantaguccii* (*Janum* appellat Marchio *Maffeius Observat. Litterar. T. IV. pag.* 370. ubi & Collectionis hujus mſ. titulum reddit, nempe Epitaphia reperta) *Masinius* illam sibi missam a Rev. P. Abbate *Ginannio* adfirmet, is error non tam *Masinio* vitio vertendus, quam Codici, in quo Caesenae Beneventanum Epitaphium falso adscriptum fuerit. Nec mirum, nam *Ginannianus* ille Codex indiligenter exscriptus videtur, idque quincta ex eodem libro inter *Masinianas* vulgata Epigraphe satis prodit.

Ea hujusmodi est

D. M.
JANVARIVS GERMANI FIL. QVI.
ET CLAVDIVS PATRONV. FI. SIBI
ET AGATAE. LIB. B. M. P.
V.

Quid vero monstri in verbis PATRONV. FI. lateat, edisserant Oedipi. Ego qui Davus sim, nihil intelligo. Fantaguccio tamen gratiae agendæ sunt, quod aliquot nobis Inscriptiones non Caesenates modo, sed & Ravennates, aliarumque Urbium servarit, quas hodie frustra quaereremus. In his *Masiniana* sexta est, quam quod Gruteri, Muratori, Fabretti, ceterorumque id genus Collectorum diligentiam fugerit, exhibere heic iterum libet.

SILVANO, AVG. SACR.
C. PETRONIVS. LONGVS
TRIERARCHA

(4) Insignis hujus Bibliothecae memini in meo *Itinere Italico* ubi satis multos ejus mſſ. Codices indicavi. *Braschius* quoque Praesul eruditionis copia clarior, quam judicii vi illam Diatriba illustravit inter ceteras ejus *Diatribas Caesenates* mſſ. etiamnum latitante. Uberrimum vero ejusdem catalogum magno litterariae Reipublicae bono parat vir doctus e Minorum Conventualium familia P. *Josephus Mucciolus*. Quamquam sive aedium amplitudinem, atque magnificentiam sive mirificam Librorum raritatem copiamque spectes, illustris hujus Bibliothecae famam poene extinguet altera Bibliotheca, quam PIVS VI. suis iisque largissimis sumptibus apud *Caesenates* extruendam nunc curat, digna sane tanti Civis in patriam, tanti Principis in optimas artes, disciplinasque, tanti Pontificis in Religionem studio.

a Plinio tantopere laudato. (5) Haud minus elegans, quam firma Arx adhuc in ea spectatur, quam Federicus II. Imperator construxisse narratur. Vel S. *Timotheo* Pauli Apostoli discipulo, (6) aut S. *Apollinare*, vel ejus discipulis prædicantibus christiana sacra suscepit, statimque ab ejus fidei professione dignitate Episcopali *Philemone* primo Præsule nobilitata est. Ravennati postea Ecclesiæ subjecta, & suffraganea declarata. Ejus vetustissimam primam Cathedralem in Garampeo colle, sive in *Murata* D. Joanni dicatam S. *Eleutherius* Papa consecravit anno 192. teste Manzonio. Novam Cathedralem Urbani VI. temporibus excitatam S. *Joanni Baptistæ* sacram ornatissimam habet, (7) quam Dignitates duæ (8) Præpositura scilicet, atque Archidiaconatus, cum quindecim (9) Canonicis, Præbendæque Theologalis, & Pœnitentialis cum quindecim Beneficiatis, quatuorque Mansionariis spectabilem reddunt. In ea honorifice requiescit corpus S. *Mauri* ejus Civitatis Episcopi, & Protectoris, pes alter S. *Alexii*, manusque altera S. *Gregorii* Magni, aliæque insignes reliquiæ. Ad præscriptum Tridentini Concilii Seminarium alit, intraque *Cæsenates* muros quatuordecim Religiosorum visuntur Monasteria, septem (10) Sanctimonialium, aliquot Laicorum Confraternitates, quinque Xenodochia, alia-

(5) Confer de *Caesenatibus* vinis legem *Vinum* 46. Codicis *Theodosiani*, aliaque ab appellato *Masinio* indicata pag. 106.

(6) Si quae *Metaphrastes* in vita *S. Timothei* scribit apud *Bollandum* T. II. *Januarii pag.* 568. *Timotheum* scilicet cum Paullo Apostolo in *Italiam* venisse, gravioribus essent monumentis testata, non difficilis pateret credi, quod de S. *Timotheo* primo apud *Caesenates* Evangelicae fidei praecone heic ex *Manzonio Ughellius* indicat. Verum *Galesinii*, qui in Martyrologio ad diem Januar. XXII. *Metaphrastis* crambem recoquit, aliorumque recentiorum Scriptorum pace dictum esto; nullius auctoritatis, atque adeo suspectae Fidei tota haec *Metaphrastis* narratio videtur. Mallem itaque, ne *Caesenatibus* Scriptoribus fides omnino denegetur, *Timotheum* de christianis sacris in *Caesenatensem* Urbem invectis optime meritum S. *Apollinaris* discipulum dicere, quam *Paulli Apostoli*. Nullus equidem dubito, quin S. *Apollinari*, ejusque discipulis omnes *Aemiliae* Urbes christianam a se susceptam religionem debeant.

(7) Sacra S. *Johanni Baptistae* fuit semper *Caesenae* Cathedralis Ecclesia. Nam multo antequam vetustissima illa, quae in *Garampaeo* colle extabat, dirueretur *Frederici* temporibus ad arcem aedificandam, eam *Johanni* Christi D. prodromo dicatam legimus, an. scilicet MXLII. sub *Johanne* Episcopo, in aliisque ejus per illa tempora successorum instrumentis. Apage igitur fabulas, quae de principe apud Caesenates S. *Johannis Evangelistae* Ecclesia praedicantur. Neque difficile est, illarum origines, caussasque detegere. Nimirum eversa *Garampaei* collis Ecclesia proximae S. *Johannis Evangelistae* aedes fuere ab Episcopis, & Canonicis ad divina persolvenda officia delectae, multisque annis pro Cathedrali Ecclesia habitae, dum nova scilicet pararetur; quod nonnisi *Malesardo* Antistite factum videbimus. Id semel monuisse sit satis. Nam *Ughellius* eumdem saepe errorem obtrudit.

(8) Tres nunc sunt dignitates, addita scilicet an. 1732. Archipresbyteratus dignitate, seu potius veluti postliminio revocata, quum XI Soeculo eadem *Caesenates* inter Canonicos vigeret. Olim etiam *Priorem Capituli* fuisse *Caesenae* ex veteribus, quae reddemus, monumentis, palam fiet.

(9) Immo sexdecim.

(10) Sex tantum *Caesenae* numerantur Sanctimonialium Monasteria.

que pia loca, & Oratoria. Anguſtiorem Dioeceſim (11) cenſus amplior ſuperat, duo namque millia, & trecenta ſcutata annuus cenſus exæquat, taxatur vero in libris Apoſtolicæ Cameræ 230. floren. *Cæſenatem* hiſtoriam erudite nuper ſcripſit *Scipio Claramontius*: luculentam vero chronologiam non minori eruditione in lucem emiſit amicus noſter *Bernardinus Manzonius* nobilis *Cæſenas* Ord. *Minorum Conventualium*, *Piſarum* olim, mox *Senarum* S. Inquiſitionis contra hæreticam pravitatem generalis Quæſitor. (12) Ejuſdem Civitatis Præſulum ſeries ſequens eſt, quam tum ex citatis auctoribus, tum ex diverſis monumentis, ſcripturiſque excerpſimus.

---

(11) Anguſtior profecto hactenus fuit *Caeſenatium* Epiſcoporum dioeceſis; verum nonnullis, quae Ariminenſibus Antiſtitibus hactenus paruerant, Paroeciis, aliiſque Eccleſiis a PIO VI. aucta providentiſſime fuit Apoſtolicis litteris datis v. Idus Julii 1777. Quaenam eae ſint, cauſſaſque cur Sapientiſſimus Pontifex illas Caeſenati Epiſcopo adſignare ſtatuerit, docent ipſae illae quas recito litterae.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

„ GRave nimis cum ſit etiam Angelicis
„ humeris formidandum Epiſcopale o-
„ nus, ad illud aptius ferendum valde no-
„ ſcitur expedire, circa quamlibet Epiſcopalem
„ Sedem ita Diœceſim adhærere, ut illius pars
„ potiuſquam ei, a quo longius diſtat, limitro-
„ pho ſubſit Epiſcopo: hac enim ſervata pro-
„ pinquiorum locorum aſſignatione, qui in par-
„ tem Apoſtolicæ ſollicitudinis Noſtræ ſunt
„ vocati, promptius in Animarum ſalutem,
„ curam, induſtriam, & labores ſuos impen-
„ dunt, atque uberes in agro Domini eis at-
„ tributo fructus procurare non deſinunt. Qua-
„ re Nos ſumma Divina bonitate univerſali
„ præſidentes Eccleſiæ, ut felici, ac expedi-
„ to Populorum ſpirituali regimini conſulamus,
„ juxta occurrentes opportunitates haſce Diœ-
„ ceſum aſſignationes unicuique Epiſcopali ſe-
„ di accomodare non omittimus. Compertum
„ quidem exploratumque Nobis eſt, Eccleſiæ
„ Arminenſis Diœceſim late patentem quam-
„ plura Oppida, Terras, & Loca Incolis re-
„ ferta complecti, cumque eorum nonnullæ Pa-
„ rœciæ, aliæque Eccleſiæ una cum publicis
„ Oratoriis a Civitate Arimini plura per mil-
„ liaria ſint diſſitæ; verum Civitatis Cæſe-
„ næ, quæ, ut verbis fel. rec. Sixti P. P. V.
„ Prædeceſſoris Noſtri utamur, *felicem Noſtris*
„ *dedit ortum Natalibus*, ita proximæ ſint, &
„ fere adiacentes, ut ad illam, quæ remotior
„ eſt, circiter duarum horarum ſpatio accom-
„ mode poſſit accedi, animo propterea repu-
„ tavimus, quod ea Diœceſis pars, ſi Cæſe-
„ natenſi attribueretur Antiſtiti, cui admo-
„ dum anguſta ſubeſt Diœceſis, magis apposita
„ in ea Regione locorum eſſet diſtributio, ad
„ hoc ut cuique Præſuli datum ſit Paſtorali
„ ſuo muneri facilius incumbere, & Anima-
„ rum Rectores, Clerus quoque, ac Populus
„ in ſpiritualibus, temporalibuſque indigentiis
„ quovis anni tempore ad proprium Patrem,
„ & Judicem abſque gravi incommodo confu-
„ gere valeant. Nos igitur, vacante modo
„ Ariminenſi Epiſcopali Sede, antequam no-
„ vus a Nobis ordinetur Epiſcopus, ita Diœ-
„ ceſim futuro Præſuli committendam apta-
„ re intendimus, ut quampluribus Ariminenſi
„ Eccleſiæ remanentibus conſpicuis, & uberis
„ redditus Parœciis, qui fidelis Myſteriorum
„ Dei diſpenſator erit, demandandum munus
„ apprime valeat exercere, atque illius opera
„ magis magiſque in illa Diœceſi Divinus au-
„ geatur cultus, Animarumque ſalus adjuve-
„ tur Motu idcirco Noſtro proprio, & ex
„ certa ſcientia deque Apoſtolicæ poteſtatis
„ plenitudine, in primis Sæcularem, & forſan
„ Inſignem Collegiatam, quæ etiam Parochia-
„ lis exiſtit, Sancti *Chriſtophori* Oppidi *Lon-*
„ *giani* — & in illius Territorio Sancti *Apol-*
„ *linaris* Archipresbyteratum nuncupatum *Mon-*
„ *tis Galli* — & Sancti *Andreæ* etiam Archi-
„ presbyteratum nuncupatum de *Barignano*,

„ cum

„ cum ei annexa Sanctæ *Mariæ* de *Massa*, & „ Sanctæ *Theonistæ* Abbatiam nuncupatam prope *Rigossam* a pro tempore existentibus Capitulo, & Canonicis Ecclesiæ Ariminensis „ dependentem, & in alio Territorio Sancti „ *Petri Montis Novi* filialem dictæ Collegiatæ „ Ecclesiæ: Item Sanctæ *Agathæ* Archipresbyteratum pariter nuncupatum loci *Montiani*; „ Pariter Sancti *Laurentii* loci *Gatei*, & extra illum aliam Sancti *Angeli*: ac demum „ Sancti *Ægidii* Abbatis Archipresbyteratum „ quoque nuncupatum loci *Bosco* in Territorio „ *Gambettulæ*, Parochiales respective Ecclesias, „ earumque circuitus, & ambitus Parochiales „ per integros earum limites, cum omnibus, „ & singulis aliis Ecclesiis, & Oratoriis, Conventibus, Hospitiis Regularium, Piisque Locis infra limites ipsarum Parochialium Ecclesiarum modo, & in futurum existentibus: „ Nec non dictæ Collegiatæ Ecclesiæ Dignitates, & Canonicos, ipsarumque Parochialium Ecclesiarum Rectores, ac quoscumque „ Presbyteros, & Clerum omnem, necnon „ Populum infra eosdem limites de præsenti „ commorantes, & commoraturos, quæ, & „ qui hactenus Episcopo Ariminensi pro tempore existenti, eiusque Ordinariæ Jurisdictioni subiecta, & subjecti, atque de ejus Dioecesi fuere, ab omni Ariminensis Episcopi Jurisdictione, & ab illius Dioecesi penitus, & omnino Apostolica Nostra auctoritate ipsarum vigore præsentium perpetuo dismembramus, seiungimus, separamus, ac dividimus, atque ab Ariminensis „ Episcopi superioritate, jurisdictione, potestate, subjectione, visitatione, ac correctione, „ & quibusvis aliis juribus Episcopalibus Ariminensis Ecclesiæ; etiam Decimas quascumque proventus, aliaque iura persolvendi prorsus, & omnino perpetuo pariter eximimus, „ & liberamus: Iisque, ut præfertur, dismembratis, easdem Collegiatam, omnesque, & „ singulas supra enunciatas Parochiales, & „ earum circuitus, & ambitus per integros „ ipsarum limites cum omnibus, & singulis aliis „ Ecclesiis, Oratoriis, Conventibus, & Hospitiis Regularium, Piisque locis infra limites „ ipsarum Parochialium Ecclesiarum modo, & „ in futurum existentibus; Itidemque Dignitates, & Canonicos, Rectores, & quoscumque Presbyteros, & Clerum omnem, & Populum inibi nunc, & pro tempore degentes „ Cæsenatensi Ecclesiæ, illiusque Venerabili „ Fratri Nostro moderno, ac pro tempore existenti Episcopo, & illius ordinariæ jurisdictioni, auctoritati, & potestati, collationi quoque, & visitationi, ac correctioni, necnon „ quibusvis omnibus actibus, qui Episcopalis „ Ordinis sunt, & Episcopi in sua quisque „ Dioecesi de iure, usu, consuetudine, aut alias „ quomodolibet agere, & facere, ac quibus „ uti solent, & possunt, necnon etiam cum „ quibusvis juribus, decimis, & proventibus „ ex ipsis Ecclesiis ab antedicto Episcopo Ariminensi hactenus percipi solitis etiam perpetuo assignamus, subjicimus, supponimus, „ & plenarie concedimus; omnibusque, & singulis Dignitates obtinentibus, ac Ecclesiarum Rectoribus, & Parochis, ac Presbyteris, & Clericis, Incolisque quibuscumque, „ ut ipsi moderno, & pro tempore existenti „ Episcopo Cæsenatensi tamquam proprio eorum Ordinario in omnibus pareant, & obediant, etiam in perpetuo præcipimus, & „ mandamus. Præsentes autem litteras etiam „ ex eo quod quicumque in præmissis interesse habentes, vel habere prætendentes ad id „ vocati, & auditi non fuerint, seu etiam ex „ eo quod Ariminensis Ecclesia modo Pastoris solatio destituta existit, de subreptionis, „ vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel alio quovis defectu notari, impugnari, invalidari, seu in Jus, vel „ controversiam vocari, aut adversus illas quodcumque juris, vel facti remedium impetrari „ posse: nec illas sub quibusvis generalibus „ derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus, si quæ fierent, comprehendi, sed „ tamquam ad prosperum Populorum spirituale „ regimen in salutem Animarum editas, & „ emanatas semper ab illis excipi, validasque, „ & efficaces esse, & fore, suosque plenarios, „ & integros effectus sortiri, & obtinere, sicque ab omnibus censeri, ita quoque per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos „ quavis auctoritate fungentes, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ „ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, & Vicelegatos, sublata eis, & „ eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, „ & definiri debere, & si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari irritum, & inane „ decernimus. Non obstantibus, quatenus opus „ sit Nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de jure quæsito non tollendo, ac de unionibus, & dismembrationibus committendis „ ad Partes, vocatis quorum interest, ac de „ præstando consensu in similibus unionibus, „ & dismembrationibus, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac in „ universalibus, & Provincialibus Conciliis editis, generalibus, vel specialibus Constitutionibus, Ecclesiæque Ariminensis Privilegiis, „ Indultis quoque, & Litteris Apostolicis, illi, „ eiusque Præsuli, ac Capitulo, & Canonicis, „ ac Civitati Ariminensi, etiam specifica, & „ expressa, atque individua mentione dignis „ sub quibuscumque tenoribus, & formis ac „ cum quibusvis etiam Derogatoriarum Derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis „ clausulis, & irritantibus, & aliis Decretis in „ genere, vel in specie etiam motu simili, ac „ Consistorialiter in contrarium præmissorum „ forsan concessis, confirmatis, ac innovatis,

„ quibus

„ quibus omnibus, & singulis, etiamsi de illis „ eorumque totis tenoribus specialis specifica, „ expressa, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, „ seu quævis alia expressio habenda, aut alia „ quævis exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, „ formas, & clausulas præsentibus pro plene, „ & sufficienter espressis, ac insertis habentes „ illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat latissime, & plenissime, ac specialiter, & expresse auctoritatis Nostræ plenitudine harum „ quoque serie derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem quod earumdem præsentium transumptis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides „ habeatur, quæ eisdem præsentibus haberetur, „ si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo „ omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ dismembrationis, seiunctionis, separationis, divisionis, exemptionis, liberationis, „ assignationis, subjectionis, sub positionis, concessionis, præcepti, mandati, decreti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario „ contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, „ ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum „ ejus se noverit incursurum. Datum Romæ „ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo septuagesimo septimo. Quinto Idus Julii Pontificatus Nostri Anno tertio.

A. Card. Pro-Datarius

Visa

De Curia J. Mana

S. Card. de Comitibus

Loco ✠ Plumbi

L. Eugenius.

Registrata in Secretaria Brevium.

(12) *Manzonii* liber *Caesena Sacra* praenotatus Pisis prodiit 1643. 4.

CAESENATIUM EPISCOPORUM

S E R I E S

I. S. PHILEMON *Asiaticus* Paulli Apostoli discipulus, ad quem idem *Romæ* scribit Epistolam, ordinatus primus *Cæsenæ* Episcopus an. salutis 92. post *S. Timothei* discessum, ut antiqua hujus Ecclesiæ monumenta tradunt. *Philemonis* nobile pro fide Christi certamen una cum *Apphia Colossis* in *Phrygia* sub *Nerone* meminit martyrologium Romanum 22. Decembris,

A D D I T I O.

Nescio quid in mentem *Ughellio* venerit, *Philemonem Paulli* discipulum primum *Caesenatibus* Antistitem tribuere. Id ipsum *Manzonius* docuit; at quae ista dementia est, *Philemonem*, quem sub *Neronis* imperio, atque adeo ante annum a Christo nato octavum & sexagesimum (hoc enim anno quinto Idus Junias *Nero* e vita excessit) martyrio in *Phrygia* perfunctum statuunt, eundem ipsum anno Christi XCII. *Caesenati* Ecclesiae praeficere? Cave ergo credas *Caesenatum Philemonem Paulli* fuisse discipulum; alium dicito, si quid verisimile conjicere vis, ac fortasse & ipsum (quod de *S. Timotheo* suspicamur) S. Apollinaris discipulum.

II. ISIDORUS *Græcus* natione an. 109. quem martyrio coronatum asserit Auctor *Chronologiæ* in Appendice an. 150.

III. IGNATIUS *Salaminus* an. 232. clavum *Cæsenatensis* Ecclesiæ tenuit.

tenuit. Hic Oraculum *Jovis Offirii* destruxit, cujus fanum erat in *Monte Sacro*, (seu colle *Spatiano*) nunc *S. Mariæ Benedictinorum* Monachorum Cœnobium; & aliud *Minervæ*, quod in Garampeo colle eminebat.

ADDITIO.

Florianus) Optatus in *lib. 1. de schismate Donatistarum* ait, *Romano* Concilio sub *Melchiade* an. CCCXIII. interfuisse Florianum a *Sinna*, seu *Cinna*. Ita in mss. *Balduinus in Comment. rer. Ecclesiast.* emendavit *Cesena*. *Dupinius* in notis ad praefatum *Optati* locum *Æsina*, vel *Pinna* legi posse observat. Cuinam vero ex his sedibus addicendus sit *Florianus* videant eruditi. Haec *Coletus* ad *Ughelium* adnotavit. *Pinnae* lectionem Balduinianae anteferendam postea docuit eruditus Presbyter *Dominicus Pannellius* in dissertatione, quam S. *Leopardi* Auximani Antistitis Pisauri A. MDCCLV. vulgatis praemisit pag. XVI. *Peccius* vero in Italica Senensis Episcopatus historia pag. XXXI. legendum apud *Optatum* statuit *a Sena*. Equidem nisi Balduini conjecturam probemus, *Pannellio* mallem, quam Equiti *Peccio* adsentiri. Verum eruditus P. *Josephus Mucciolius* supra cum laude nominatus e *Minorum Conventualium* familia luculentam hac de re dissertationem conscripsit, qua *Florianum Caesenae* adjudicandum multis, iisque sat firmis argumentis propugnat. Digna sane est, quæ in vulgus edatur.

IV. P. forte *Petrus* Episcopus *Cæsenæ* notatur in tabulis ejusdem Ecclesiæ an. 326.

V. NATALIS Romanus an. 334. apud Auctorem *Cæsenatensis Chronologiæ*, quem asserit *Marci* Papæ Legatum fuisse: ad quem, quave occasione ipse reticet.

VI. CONCORDIUS *Tarvisinus* 350. ex tabul.

VII. GREGORIUS *Ticinensis* sedit an. 361.

ADDITIO.

Hunc ex illustri *Beccariorum* familia fuisse, pro Christoque occisum refert *Manzonius*, appellatque *Ravennatis* Archivii monumenta, quae utinam aliquando proferantur in lucem, eaque sint antiquitate, quam rei vetustas postularet!

VIII. IGNATIUS Civis, & Episcopus Cæsenas sufficitur an. 403.

IX. VERANUS sub *Hilario* Papa floruit.

ADDITIO.

Eusebium Verano suffectum scribit *Manzonius*, atque adeo *Chalcedonensi* Concilio an. 468. subscripsisse. Verum neque *Chalcedonense* Concilium an. 468. sed 451. celebratum fuit, neque ullus in eo legitur *Eusebius Caesenatis* Ecclesiae Episcopus subscripsisse. At *Braschius* in *Memoriis Caesenatibus* cap. XIII. *Eusebium* Romano Hilarii Papae Concilio interfuisse narrat, eumdemque *Caesenatem* fuisse Episcopum censet, quod *Senensis* appelletur, pro *Sena intelligendo Caesenam juxta morem antiquum*. Sed vereor, ut *Braschius* id persuadere cuiquam facile possit. Neque tamen cum Equite *Peccio* Hist. Senens. Episcop. pag. XXVI. sequ. veteres urgebo Caesenates tabulas, in quibus antiquiores illius Urbis Episcopi non *Senenses*, sed *Caesenates* dicuntur. Nam certo certius est, monumenta illa sequiore aevo, atque adeo ex eorum temporum, quibus unum Caesenae nomen obtinebat moribus conscripta fuisse. Quei igitur ex illis probabile argumentum ducas, quo Caesenates Episcopos, quarto,

to, quintoque saeculo *Senenses* appellari non potuisse, efficiatur? Quod tamen ex recentioribus illis tabulis frustra colligeretur, antiqui Scriptores Plinius, Ptolomeus, aliique suadent, qui non alio quam Caesenae, & Caesenatium nomine utuntur: nisi quis velit (quod profecto vix credibile sit) Conciliorum subscriptiones a communi Latinorum, Graecorumque Auctorum consuetudine quinto saeculo descivisse. Quamobrem consultius videtur cum Ughellio ex Caesenatum Antistitum Catalogo Eusebium expungere. An vero ad Senas Hætruscas (quod idem *Peccius* contendit) an potius uti *P. Orlendio Orb. Sacr. & Prof. pag.* 1392. visum fuit, ad *Senogalliam*, quam *Silius Italicus lib. VIII. Senam* vocat, *Eusebius* spectarit, alii viderint. Non omittam tamen, a Cl. *Huberto Benvoglienti*, licet Senensi Civibus suis Eusebium eripi in notis Ughellianis, & Caesenatibus concedi.

X. FLAVIANUS a patria *Clusinus* eligitur an. 465. decessitque 499. *Manzonius* noster in sua *Cronologia* eruditi Abbatis *Rosini* testimonio post *Flavianum* inter *Cæsenatenses* Episcopos *Concordium* recenset, qui an. 502. sub *Symmacho* Papa *Romanæ* Synodo interfuit. Sed Concordius, qui ei Synodo subscripsit, *Misenatis* in *Campania* Ecclesiæ Episcopus fuit, non *Cæsenæ* ut in vetustissimis mss. Codicibus habetur, præcipue in celebri codice hædino *Nonantulani* Cœnobii ante octingentos annos conscripto, ubi *Concordius Misenatus Episcopus* legitur. U. G. H. de eo *Ugurgerius in Pompis Senensibus* p. 1. pag. 164. ubi *Senensem* fuisse asserit *MANDOSIUS*.

XI. IGNATIUS hujus nominis III. vixit temporibus Vigilii Papæ an. 539.

ADDITIO.

Num autem *Ignatius* is fuerit, qui S. *Severum*, ut mox ex ejus vita audiemus, singulari prosequutus est amore, an (quod *Manzonio* placuit) alius, qui *Ignatium* inter, & *Severum* medius sederit, quis divinet? Hoc scio *Sisulphum Gothum Totilæ* Regis filium, quem idem *Manzonius* an. 554. *Caesenati* Ecclesiae praeficit, duos ante S. *Severum* Episcopos ab *Ignatio* percensens, non nisi a somniante adstrui posse, silentibus de hoc *Totilae* filio, antiquis universis Scriptoribus, immo & suadentibus nullum fuisse illi filium. Quid? Quod credibile ne sit a *Totila* filium Catholicorum Ecclesiae, ac *Caesenati* praeterea fuisse Episcopum concessum? Quum neque illum nostris sacris addictum fuisse constet, & *Caesenam* fuisse ab eo eversam non pauci, ne ipso quidem dissentiente *Braschio mem. Cæsen. cap.* 14. *pag.* 159. affirment.

XII. S. SEVERUS *Alemannus* natione electus divinitus est *Cæsenatium* Præsul an. 565. Cum enim decessisset Episcopus loci, habereturque scrutinium in Ecclesia *S. Johannis Evangelistæ*, quæ tunc temporis *Cathedralis* existebat, quis scilicet viduatæ Ecclesiæ *Cæsenati* præficeretur, repente cœlitus delapsa Columba, capiti *Severi Ravennatis* Diaconi, quasi index inhæsit, illum scilicet dignum esse, qui *Cæsenatibus* daretur Episcopus. Acclamante igitur populo ad divinum indicium *Severus* subvectus est ad Sedem, illamque prudentissime atque sanctissime administravit. Obdormivit in Domino an. 571. die 6. Julii, (1) habeturque inter divos ejus

ADDITIO.

(1) Quæ de *S. Severi* aetate heic Ughellius adserit, nullo nituntur fundamento. Auctor *vitæ* (nam quæ S. *Severi* tumulo inscripta carmina ex *Ferrario* infra profere-

ejus urbis tutelares, cui olim *Cæsenatensis* Ecclesia hujusmodi perantiquam ad matutinas laudes canebat Antiphonam : *O proles Alemaniæ, Sanctitatis Speculum Urbis Cæsenaticæ nobile depositum, intercede pro nobis* (2) *qui te elegit*. Ejus reliquiæ translatæ ad Ecclesiam suo nomini dedicatam an.

C 1602.

feremus, quam XV. primum saeculo posita fuerint, ad hancce dirimendam quaestionem frustra advocarentur) Auctor inquam vitae haec de *Severi* pueri in *Caese-* „ *natem* Urbem adventu. Tempore itaque quo Pelagius Papa Romanae Ecclesiae „ Cathedram digne teneret, & regeret, apud nos Ravenn. Ecclesiae dignitatem „ Agnellus Archiep. gubernabat, Romani vero Imperii sceptrum Justinus minor, „ qui Justiniano successit in regnum in Graecia viriliter retinebat. Sub quo etiam „ Narsus patricius Romae existens Italiae curam religiose habebat. Age jam horum, qui heic nominantur habeto chronologiam.

Pelagius I. an. 555 Pontificatum adeptus est.
Anno 559 2 Martii obiit.
Pelagius II. an. 578 30 Novem. Pontifex consecratur.
Anno 590 8 Februarii moritur.
Justinus junior an. 565 Justiniano mortuo suffectus est.
Anno 578 5 Octobr. defunctus est.
Narses an. 551 in Italiam venit.
Anno 567 ab Italia revocatur.
Agnellus an. 553 Ravennati Ecclesiae praeerat.
Anno 566 ad superos evolavit.

Vides ergo chronicas notas a vitae Auctore indicatas nulla demum ratione posse inter sese conciliari. *Ferrarius* in *catalogo Sanctorum Italiae* an. 578 haec contigisse putat, neque animadvertit *Justinum juniorem* ante *Pelagium* II. obiisse, nec sub *Pelagio* II. *Narsetem* in *Italia* fuisse. Inanis igitur labor *Ferrarii* omnis, nodumque non solvit, sed scindit. Omnia belle componuntur, si cum *Sollerio tom.* 11. *Julii in Comm. prævio de S. Severo* p. 325. *Antuerp. edit non plura nomina*, sed unicum mutes *Justini*, in *Justinianum*, qui obiit an. 565. & *Caesenam* venisse S. *Severus* dicatur *Pelagio* I. Pontifice an. 556. vel 557, nihil tunc erit, quod chronologiam turbet. Nunc caetera reformanda sunt. Quo primum tempore *Severus Caesenam* ingressus est nondum ea erat aetate, qua litteras discere posset. Fac octennem, vel decennem fuisse. *Litterarum* deinde non quarumcumque, sed *divinarum scientia perfecte imbutus* fuit ab Ecclesiae *Caesenatis Patrono*, cui inhaeserat. Ex aliis *Caesenae* monumentis, quae *Ferrarius* indicat, habetur *Severum* ex *Alma Urbe projectum Diaconum ordinatum fuisse sub Benedicto I.* qui *Romanam* Ecclesiam rexit ab anno 574. aut, (quod D. Fleury placuit) 573. ad tricesimum Julii diem an. 578. Ex veteri disciplina nullus ante quintum, & vicesimum aetatis annum Diaconatus ordinem suscipere poterat. Si ergo *Severus* octennis, aut decennis an. 556, aut 557. *Caesenam* adiit, non ante annum 571., aut 572 Diaconus constitui potuit. Quum vero, sub *Benedicto* I. id muneris susceperit, anno ipso 573, aut 574 Diaconus renunciari potuit. Dum autem Episcopus a populo electus fuit, Levita etiamnum erat, ea tamen aetate, quam Episcopis Canones praestituebant, annorum scilicet saltem 30. Igitur sub anni 578. exitum, aut sub sequentis initium (cum his convenit, quae vitae Scriptor ait: *non longo transacto temporis spatio, ex quo in Diaconatus officium ordinatus Severus fuerat, Caesenatem Antistitem naturæ concessisse*) sub Pelagio II. *Caesenatem Cathedram* conscendit. Porro totius vitae contextus satis indicat, non diu *Severum* huic Ecclesiae praefuisse. Nullo igitur negotio ejus obitus an. 588. adsignari poterit.

(2) Legendum, ut recte *Sollerius* conjecit, *apud Deum, qui te elegit*.

1602. *Severi* autem meminit *Rubeus in Histor. Ravennat. lib.* 3. discrepat tamen de loco electionis, deque patria *Severi*; *Ravennæ* in Ecclesia *S. Joannis Evangelistæ* habitam refert, ipsumque *Severum Ravennatem* facit. Ecclesia *S. Joannis Evangelistæ*, ubi electio *Severi* secuta est, tunc *Cæsenæ* Cathedralis erat, quæ nunc quoque superest in *Murata*, sic eam Civitatis partem a primis temporibus vocant, teste *Claramontio*. Sunt etiam, qui scribunt. *Severum Cæsenatem* fuisse, sed revera tum allata vetusta Antiphona, tum ipsius *Severi* gesta repugnant, quæ hic ad majorem fidem inserenda judicavimus, ut extant apud Cathedralem m. s. (3)

Sanctorum gesta Præsulum, quæ divina gratia (a) *partim communi omnium locutione ad memoriam laudabiliter reducuntur, partim divinæ Scripturæ libellis scripta esse videntur, non immerito Matris Ecclesiæ Patres annua reducta solemnitate ad communem totius* (b) *populi auditum Sacræ Scripturæ eloquiis recitare* (c) *decreverunt. Sunt enim sicut testatur divina* (d) *Scriptura, lucerna super candelabrum posita, quæ suæ lucis fulgore cunctis domum Dei ingredientibus, ne offendant, lumen præbet, unde eorum vita, & cuncta* (e) *miracula in sacris eorumdem solemnitatibus* (f) *non sine causa continue* (g) *recitantur, ut videlicet* (h) *eorum sanctæ vitæ testimonio informati, & mellifluæ prædicationis paterno verbere castigati, de virtute in virtutem ambulando, Deum Deorum in Sion, (sicut ipsi)* (i) *videamus. Ex his vero extitit unus beatæ memoriæ* S. Severus *Episcopus, qui Dei cooperante misericordia* Cæsenati *Ecclesiæ præsidens, populum sibi commissum diu,* (l) *noctuque sanctis orationibus Deo commendans, adhuc in carne degens, saluberrimis monitis quotidie excolens, eum a vitiis purgans, virtutibus, quibus Christo placeret, præstanter* (m) *replere studebat, post sanctam etiam mortem suam eundem Cæsenatem* (n) *populum saluberrima miraculorum multorum prædicatione informans, & docens, Deo (ut justum est) incessanter reddidit* (o) *amabilem. Nunc ergo ad ea, quæ de S. Severo Episcopo, vel vetustate narrante audivimus, vel quorundam apicibus scripta esse cognovimus, Deo donante, provectum transitum faciamus. Tempore itaque, quo* Pelagius *Papa Romanæ Ecclesiæ Cathedram digne teneret, & regeret, apud nos* Raven. *Eccles. dignitate* (p) *Agnellus Archiep.* (q) *gubernabat*, Romani *vero Imperii sceptrum* Justinus *minor, qui* Justiniano *successit, in* Græcia *universaliter* (r) *retinebat; sub quo etiam* Marcus (s) *Patritius* Romæ *existens curam Italiæ* (t) *religiose habebat; Sub horum ergo*

(3) Iterum Ughellianam vitam cum Cathedralis Breviario comparavi. Collatam cum ms. Bibliothecae *Vallicellanae* codice idem Sollerius recudit; ex utroque exemplo varias lectiones adscripsimus.

(a) *Dei donante gratia*. Breviarium Cathedralis, & Cod. Vallic. Biblioth. apud Bollandianos.
(b) *Totius communem* Breviarium mss. = (c) *Recitari*. Brev. & Boll. = (d) *divina testatur*. Brev. & Boll. = (e) *Corusca*. Brev. & Boll. = (f) *Solemnibus, nobis non sine*. Brev. & Boll.
(g) *Quotidie*. Brev. & Boll. = (h) *Scilicet eorum*. Boll. *videlicet ut* Brev. = (i) *Et ipsi*. Brev.
(l) *Die*, & sic infra Brev. & Boll. = (m) *Incessanter*. Brev. = (n) *Cæsenatum*. Boll.
(o) *Reddit*. Brev. & Boll. = (p) *Ravennatis Ecclesiæ dignitatem* Brev. = (q) *Arch. primus* Boll. = (r) *Viriliter* Brev. & Boll. = (s) *Narsus*, & sic omnino legendum Brev. & Boll.
(t) *Italiæ curam*. Brev.

go justi regiminis moderatione (u) *contigit quemdam miræ sanctitatis puerum, nomine* Severum, *ad S.* Cæsenatensis (x) *Ecclesiæ gremium, Dei gratia destinatum* (y) *venisse, quæ alio tunc vocabatur nomine* Flavia Curva Papia, *qui prout erat puerilis ingenii, & columbinæ simplicitatis in eadem Ecclesia diu, noctuque existens domino se continuis jejuniis, & orationibus, prout poterat, commendabat. Cum jam* (z) *tantæ esset ætatis, qui literas discere posset, sicut Dei diu disposuerat gratia, ejusdem Ecclesiæ inhæsit Patrono, a quo literarum divinarum scientia perfecte imbutus, sicut etiam justum erat, sortitur in Clerum, & de gradu in gradum, sicut Matris Ecclesiæ mos ad Diaconatus officium* (aa) *ordinatur. Post vero non longo transacto temporis spatio prædictus Antistes, qui eum sanctitatis* (bb) *amore, quasi proprium filium gubernabat, sicut Domino placitum fuit* (cc) *naturæ concedens sanctam animam Deo reddens vita privatur. Exequiis ergo more Pontificum digne compositis, quia indignum est, & ratione carens Ecclesiam suo diu privari Pastore, convenit universus Clerus, & populus communi desiderio, & voto eligendi sibi Pastorem ad Ecclesiam* B. Evangelistæ Joannis, *quæ tunc caput Episcopii erat, inter quos* (dd) *aderat B. Levita* Severus, *una cum Clero. & populo obnoxiis* (ee) *precibus exorans, & postulans, ut sibi dignum Deus provideat* (ff) *Antistitem. Orantibus autem universis, & supplici voce, ac mente Deum* (gg) *communiter poscentibus, mira res, stupore digna, miraculis plena, cernentibus, qui aderant, cunctis* (hh) *ecce per fenestram Ecclesiæ advenit Columba nive condidior, cælitus missa per Ecclesiam volitans, diuque circumiens, tandem sup.r caput B. requievit* Severi. *Quo tanto viso miraculo populus stupens, & gaudens altisonis vocibus una clamare cæpit, Benedictus Dominus Deus* (ii) *Israel, quia visitavit, & fecit redemptionem plebis suæ, per columbam enim designavit nobis dignum Antistitem, qui nos verbo prædicationis suæ vere redimet de manibus inimici. Canonizatus ergo ex more Pontificum D.* (ll) Severus *populo unanimiter gaudente,* (mm) *& tandem divina donante gratia,* (nn) *populi voto catholice consecratus, non ut piger Pastor, sed ut Servus vere fidelis commissi gregis causam* (oo) *fideliter cœpit habere: amans etenim* (pp) *sibi commissas oves sanctæ prædicationis verbo incessanter exhortans Deo* (qq) *cujus erant, ut assiduus Pastor innocuas conservare studebat, ne lupus insidians de Christi ovili saltem detraharet unam; vigiliis etiam, & orationibus pernoctando se ipsum Deo commendans, pauperum habens ut pater curam* (rr) *humilitatis, & charitatis exemplum cunctis* (ss) *proponebat. Sed quia veritate testante, Urbs supra montem posita non potest abscondi, nec lucerna accendi-*

(u) *Moderamine*. Brev. = (x) *Cæsenatis*. Brev. & Boll. = (y) *Gremium Dei destinatu.* Brev. & Boll. = (z) *Cum autem*. Brev. = (aa) *Sicut Matris Ecclesiæ usus est, Dei in eo crescente gratia certis temporibus ab eadem in Diaconatus officium*. Brev. & Boll. = (bb) *Suavitatis* Boll.

(cc) *Sicut Domino placuit*. Boll. = (dd) *Etiam aderat* Brev. & Boll. = (ee) *Obnixis* Brev.

(ff) *Dignum sibi Dominus provideret*. Brev. & Boll. = (gg) *Dominum*. Brev. Boll.

(hh) *Universis*. Brev. = (ii) *Dominus Deus*. Brev. = (ll) *Beatus* Brev. & Boll. = (mm) *Populo gaudente ad unum*. Brev. = (nn) *Pro* Brev. & Boll. = (oo) *Curam* Brev. & Boll.

(pp) *Videlicet amans sibi*. Brev. = (qq) *Dum cujus*. Brev. & Boll. = (rr) *Curam habens ut pater*. Brev. = (ss) *Se cunctis* Brev. & Boll.

cenditur, ut ſub modio concludatur, jam qualiter Deus B. Severum *Epiſcopum poſt ſuſceptæ conſecrationis gratiam primo hominibus manifeſtare voluit vertendo dicamus. Quodam igitur tempore cum peccatis populi exigentibus* (tt) *tanta eſſet aeris ſiccitas, ut nec* (uu) *ros ad terram areſcentibus herbis cadere cognoſceretur, per quod terra multo pulvere* (xx) *ſpem ſegetum, & novalium omnium negare videbatur, currit* (yy) *univerſus populus virorum, atque* (zz) *mulierum, cum parvulis, atque puellis ad præfatam Eccleſiam* (aaa) *D. Severi clamans, atque dicens* (bbb) : *Deus propitius eſto miſeris nobis peccatoribus* (ccc) *& terræ aridæ imbrem tuæ miſericordiæ nobis miſeris* (ddd) *infunde: & hoc dicentes clamabant*: Sancte Severe Serve Dei adjuva nos. *Tunc B.* Severus *Epiſcopus his commotus precibus, miſeriæ eorum compatiens lacrymas fundit*, (eee) *& ſanctas in Cælum elevans manus hanc ad Dominum orationem edidit dicens: Omnipotens Deus rerum omnium Creator, qui ſolus omnia noſcis, & omnia contines, qui in prima Eccleſia tua Hieruſalem Salomoni dilecto tuo dixiſti: Hæc eſt domus, quam elegi mihi in ſempiternum. Hæc eſt domus, cum clauſero Cælum propter peccata hominum, ut non pluat, ad quam confugient homines, & rogabunt me, ego miſertus aperiam Cælum ut pluat, & ſubveniam eis. Tu ergo Pater Sancte, qui idem es ſemper, & immutabilis, ne deſpicias peccata, & ſcelera noſtra,* (fff) *quæ multa ſunt, ſed reſpice ad ſolam miſericordiam tuam qua ſuſtines nos, & terræ nimium ſitienti aquæ fluenta cælitus funde, ut populus, qui in nimia ſiccitate, & aeris calore laborat, ſciat te Patrem miſericordiæ, & pietatis eſſe, & glorificet nomen tuum ſanctum & glorioſum in ſæcula ſæculorum. Cumque omnes, qui aderant una voce dixiſſent:* Amen. *Res valde ſtupenda, cum eſſet nimia Cæli ſerenitas, ſubito nubes undique venientes, ventorumque (vi) inglomeratæ ad unum tantam aquarum denſitatem dederunt, ut terra irrigata* (ggg) *rivulis ſatiata fuiſſet, & herbæ, quæ prius quaſi emortuæ videbantur, penitus reviviſcerent. Quo tanto viſo miraculo populi, qui aderant cuncti laudantes, & benedicentes Deum, & B.* Severum *Servum ejus læte alacres* (hhh) *remearunt. Angelus autem Domini B.* Severo *oranti apparuit dicens: famule Dei* Severe *vigilanter ora quoniam venies ad eum, quem mente, & puro corde dilexiſti.* (iii) *Angelicæ viſionis monitus oraculo ad Eccleſiam univerſos convocavit, ac verbum ſalutis initians, ſuaque quod dies inſtabat extrema cunctis reſeravit. Multitudo populorum, qui convenerant hæc audientes lamentabantur eum, indicibili* (lll) *cum ululatu deſcendentes* (mmm) *aflicti, ſeque amplius conſolari diffidebant. Cum autem appropinquaret* (nnn) *hora, ut de corpore migraret ſpiritus ejus, B.* Severus *devoti Cleri in medio jugiter Deum obnixius orabat,*

(tt) *Exigentibus populi*. Brev. = (uu) *Nubis inditium per longa temporis ſpatia apparuiſſet, nec*. Brev. = (xx) *Pulvere ſquallens*. Brev. & Boll. = (yy) *Concurrit*. Brev. & Boll. = (zz) *Et Mulierum*. Brev. = (aaa) *Beati*. Brev. & Boll. = (bbb) *Clamans, & ejulans: Domine*. Boll. Clamans, & ejulans, atque dicens*: Deus* Brev. = (ccc) *Miſeris nobis*. Boll. *Nobis miſeris*. Brev.

(ddd) *Miſertus*. Brev. & Boll. = (eee) *Fudit*. Brev. & Boll. = (fff) *Reſpicias ad ſcelera, & peccata noſtra*. Brev. & Boll. = (ggg) *Rigata*. Brev. = (hhh) *Læti, & alacres*. Brev.

(iii) *Quem dilexiſti mente, & puro corde*. Brev. = (lll) *Inſatiabili* Brev. = (mmm) *Diſcedentes*. Brev. = (nnn) *Appropinquaſſet* Brev.

bat, tanto odore circa eum, quæ aderant populorum turbæ, ſacrique Cleri in templo ſancto (ooo) *Dei repleti ſunt, ut omnium aromatum vinceret ſuavitatem.* (ppp) *Quis poterit tot ſigna, quæ aperte Dominus fecit, beate Pontifex, digne laudare? Tu languidum a Medicis recuſatum de cicatricicibus liberaſti: Mulierem dæmoniaco plenam ſpiritu liberam ad propria reſtituiſti.* (4)

Ex Hymno ad Veſperas. (5)

Adhuc Spoleto *vehitur*
Salutis deſiderio
Languens, qui ſanus repetit
Ad propria cum gaudio.
De partibus Apuliæ
Profectus eſt hydropicus
Et liberatus rediit
Ab omni morbo protinus. (6)

---

(4) Actorum, quae ſupra recitata ſunt compendium exhibet *Uſuardinum* Martyrologium in Caeſenatis Eccleſiae uſum quintodecimo ſaeculo exaratum, cui haec pridie nonas Julii in margine leguntur adſcripta: „ *Ceſene* tempore *Juſtini Junioris*, „ qui *Juſtiniano* ſucceſſit in *Romanum* Imperium B. *Severi* Epiſcopi, & Confeſsoris. „ Qui dum apud Matricem Eccleſiam ejuſdem civitatis cum devoto Clero, & uni„ verſo populo, qui illuc tunc convenerat cauſa eligendi ſibi Paſtorem, devoto ora„ ret affectu, Spiritus Sanctus in Columbe ſpetie, admirantibus univerſis adve„ niens ſuper caput ipſius requievit, ſicque Epiſcopus celitus ordinatus multis annis „ Eccleſiam gubernavit. Et non ſolum poſt mortem, ſed & cum adhuc viveret co„ pioſa, & infinita miraculorum multorum ſanctitate claruit. Tandem ſibi per An„ gelum annumptiata morte plenus ſanctitate migravit ad Dominum.

(5) Deſcriptus eſt hic Hymnus ex antiquo Capituli *Caeſenatis* Breviario membraneo, de quo infra uberius dicturi ſumus. Ipſum autem integrum hymnum adſcribere viſum eſt, ubi unum etiam alterumve *Ughellii* erratum emendabimus.

„ *SEVERI* Sancti Preſulis
„ Et Confeſſoris inclyti
„ Ad laudem Chriſti nominis
„ Feſto letemur avidi.
„ Annus maturus teneris
„ Morum tulit prudentiam
„ Cunctis exutus vitiis
„ Dei queſivit gratiam.
„ Epiſcopalis celitus
„ Tributa ſibi dignitas
„ Illum dum magis pretulit
„ Magis flexit humilitas.
„ Jejunat, orat, vigilat
„ Aſſiduus pro populo
„ Ne ſerpens ille callidus
„ Tollat de grege credito.
„ Adhuc *Spoleto* vehitur
„ Salutis deſiderium (ſic)
„ Languens qui ſanus repedit
„ Ad propria cum gaudio.
„ De partibus *Apulee*
„ Profectus eſt ydropicus
„ Et liberatus rediit
„ Ab omni morbo protinus.
„ In hac dum luce viguit
„ Multos ſolvit languoribus
„ Poſt mundi vitam plurimos
„ A morbis, & erroribus.

(6) Addamus Epitaphium a *Ferrario*, ut indicavimus exhibitum, ſeu carmen, ut ipſe ait, in *Aede S. Severi marmori inſculptum, licet incomptum.*

Spar-

(ooo) *Templo Dei in Sancto* Brev. = (ppp) Quae ſequuntur in Breviario omittuntur.

„ Spargitur e Celo pluviarum copia tanta
„ Mille quadringentis quadragenis euntibus annis
„ Qua Rubicon Sapis se expandit in agros
„ Omnes & tellus sua pondera ferre recusat.
„ Id quod causa fuit, quod tecta excelsa ruerunt
„ Urbibus, atque locis, necnon & templa Severi
„ Presulis, & Sancti Cesene Pastoris amene
„ Qui fuit, & viguit sub nati tempore Christi
„ Annis quingentis cum sexaginta duobus
„ Junctis sex aliis, Pelagii tempore Pape.

Melius *octoginta* dixisset Poeta iste *Chronologiae* aeque ac pangendorum carminum imperitus.

XIII. FLORUS successit *Severo* 571

ADDITIO.

Imo 588. post *6.* Julii diem
Obiit autem an. 589.

XIV. NATALIS II. Post *Florum* sedit in *Cæsenati* Cathedra 590. Hic *Fortunatum* præfecit in Abbatem Monasterii SS. *Laurentii*, & *Zenonis*, quod in *Cæsenati* Castro conditum erat, ut S. *Gregorius* scribit *epist. p. lib.* 12. Regest ad *Marinianum Ravennatem* Archiepiscopum.

XV. CONCORDIUS II. *Natalis* Successor excessit circa annum *614.* de quo S. *Gregorius* ad eundem *Marinianum* scribit.

XVI. MAURUS I. hujus nominis post *Concordium Cæsenati Ecclesiæ* præficitur ex Abbate SS. *Joannis*, *& Stephani Classensis*. *Romanæ* Synodo sub *Martino* Papa, interfuit pro *Mauro* Archiepiscopo *Ravennati* an. *649.* [1]; cujus meminit *Baronius tom.* 8. *Annal.* tamen cum alio *Mauro* Civitatis Protectore confundit (2), qui vixit an. *934.*, ut dicemus infra. Memoratur in *Reg. Greg. in epist.* ad *Joann. Ravennæ* Subdiaconum, cui commiserat, ut diligenter cognosceret, an *Maurus* tunc Monachus aptus videretur ad Abbatiale munus exercendum; quem si talem reperiret, a *Mariniano* Archiepiscopo curaret, ut *Classensi* Cœnobio *Claudio* Abbati præmortuo sufficeretur. Ex Abbate deinceps *Maurus Cæsenatis* Ecclesiæ Episcopus evasit longo post tempore, quam sanctissime administravit, defunctusque est in senectute bona.

ADDITIO.

(1) Confer *Arduinum tom. III. Concil. col.* 928.

(2) Ut etiam peccat *Oldoinus* in *Ciacconii* additione ad *Marinum* tom. I. & *Ferrarius* in *catalogo SS. Italiae*.

XVII. FLORUS II. *Cæsenatium* Præsul sub *Agathone* Papa *Romano* Concilio non abfuit an. *679.* (1)

ADDITIO.

(1) Imo *680.* ubi subscribit his verbis apud *Harduinum tom. III. Conc. col.* 1139. *Florus Episcopus S. Ecclesie Cesenatis*. Hic tamen in mss. *Parisiensi* non *Caesenatis*,

sed

sed *Caesitanae Ecclesiae Episcopus* dicitur; *Stephanus* autem, quem alii Codices Ecclesiae *Saranatis*, seu, ut *Labbeus* conjecit, *Sarsinatis* Episcopum exhibent *Caesenati* Ecclesiae ab eodem *Parisiensi* exemplo adscribitur.

XVIII. CONSTANTINUS sedit an. *690*.

XIX. CANDIDUS an. *702*. de quo in monumentis *S. Marsæ de Monte* extat memoria.

XX. MARCELLUS *709*. apud Chronologiæ Auctorem.

XXI. CLAUDIUS *742*. apud eundem ex *Antonio Casaro in fragmentis Cæsenatis Histor.*

MANCIUS, quem vixisse an. 780. refert *Chronologia*, cujus omnino, ut idem habet, cum nomine ipso intercidisset memoria, nisi in sacro *Minorum Cæsenæ* Archivio adhuc extaret antiquissimi sigilli impressio B. *Severum* Civitatis Protectorem repræsentans cum his verbis circum circa expressis.

Sigillum Mancii Episcopi Cæsenæ.

ADDITIO.

De eo vide num. XXXI. Verum pro *Mancio* alium *Caesenatibus* Episcopum dabimus *Ughellio*, & *Coleto* incompertum, *ANTONIUM* scilicet, qui Concilio *Lateranensi* non multis abhinc annis ex *Veronensis* Capituli mss. libris eruto interfuit sub *Stephano* Papa III. an. *769*. seque Episcopum *Caesinae* appellat. Fuit autem cum *Joanne Episcopo Fentiae*, seu *Faventiae* missus a *Ravennate* Archiepiscopo *Sergio*. Vide *Braschium Mem. Caes.* cap. XV. pag. 175.

XXII. JOANNES I. *Lucensis* patria an. 804.

XXIII. ROMANUS floruit 8*26*., seditque inter Patres Romani Concilii sub *Eugenio* II.

XXIV. FLORUS, hoc nomine tertius, vixit an. 898. (1) Narrat *Colennucius* in Neapolitana historia hunc *Florum Neapolitanum* fuisse e nobili gente *Capaccia*, quod mirum videtur. *Rubeus* item *lib.* 5. hunc Episcopum non involvit silentio.

ADDITIO.

(1) Anno 861. interfuit *Lateranensi* Concilio a *Nicolao* I. contra *Johannem Ravennatem* Archiepiscopum habito. Reperitur etiam subscriptus constitutioni, qua *Johannes* Archiepiscopus Monasterium instituit *S. Mariae in Insula Palatioli* non longe ab Urbe *Ravenna*. Eam constitutionem a *Margarinio Bullar. Casinensis t.* 11. *pag.* 37. *& in annalibus Camaldulensibus in appendice tom.* 1. *pag.* 16. descriptam quum ad annum 898. rejiciant quotquot ejus meminere, ad *Johannis* scilicet IX. *Ravennatis* Archiepiscopi tempora; *Coletus* ad *Johannem* VIII. retulit, *Annalium* vero eorumdem *Camaldulensium* Scriptores *lib. III. n.* 4. ad annum præterea 858.

XXV. (*PETRUS Cæsenas Episcopus subscripsit epistolæ Concilii Ravennensis; qua præsente Johanne Papa VIII. possessio Flaviniaci Monasterii, & Tiliniaci Villæ Adalgario Æduensi Episcopo, & ejus Ecclesiæ confirmatur* an. 877.)

ADDITIO.

Apud *Harduin. T. VI. Concil. pag.* 191.

XXVI. S. MAURUS *Romanus* Ordinis S. *Benedicti* Monachus, Nepofque *Johannis* IX. Papæ, Epifcopus adlectus eft an. *934.* (1) claruitque miraculis, & chriftianis virtutibus fuit illuftris. Requievit in Domino an. *946.* die 21. Novembris. Conditur in Ecclefia *S. Mariæ de Monte prope Cæfenam*, ubi hæc legitur infcriptio.

Hic manet Antiftes tumulatus marmore fanctus
Fulgidus, infignis, mirandus, nomine Maurus.

Anno 1340. *Cæfenam* folemniter translatum in Ecclefia *S. Johannis Evangeliftæ* Sacrum ejus corpus, *Francifco Ordelafo* curante : inde an. 1411. fecundo ad Ecclefiam Cathedralem relatum eft, tanquam divi Tutelaris pignus. Ejus vitam fcripfit *S. Petrus Damianus* (2), cujus meminit Martyrologium *Romanum* die 20. Januarii fecundæ translationis. *Rub. Ferrarius, Claramontius*, & alii.

ADDITIO.

(1) *Cl. Mabillonius Annal. Benedict. t. III. lib. 43. n. 58. Si Ughello, inquit, credimus, S. Maurus hoc anno ex Monacho noftri Ordinis Epifcopus Caefenas adlectus fuit. Verum tam incertus eft illius S. Mauri Monachatus, quam tempus, quo vixit.* Ita fane. Sed cum *B. Petri Damiani* temporibus, qui anno MLXXII. deceffiffe traditur, temporibus vixerit *antiquus admodum Senex..... qui fe vidiffe B. Mauri Nepotem Conftantium....* teftabatur, alium hunc Maurum effe oportuit ab eo, quem fupra indicavimus, nec commodiore loco aetas ejus ftatui poteft, praefertim cum aliquanto antequam *Ravennati* Ecclefiae *Gerbertus* praeeffet (praefuit autem ab anno 998.) vixiffe *Maurum* ex ejufdem *B. Petri Damiani* narratione rectiffime *Bollandus colligat t. II. Januar. pag. 333. Antuerpiae edit.*

(2) Hanc vitam illuftrat *Bollandus* l. c., ex eaque fumptae lectiones funt, quas S. Rituum Congregatio, petente Eminentiffimo *Denhoffio*, *Caefenate Epifcopo* conceffit nonis Augufti an. *1690.* in fefto ejus die recitandas. Hymnus, qui ad Vefperas S. Epifcopi *Caefenae* quinctodecimo faeculo canebatur, hic erat.

„ Jefu noftra redemptio
„ Amor & vita Praeful
„ In Beati Mauri laudibus
„ Preces admitte fuplicum.
„ Qui mundum temnens floridum
„ Suis vanis cum gaudiis
„ Lux ut effet fulgida
„ Caecas fugavit tenebras.
„ Deferta loca petiit
„ Plangens peccata populi
„ Cujus cura fublimior
„ Accelerabat arctius;
„ Verbum Dei praedicans
„ Saxea corda molliens
„ Deviofque revocans
„ Ad viam poenitentiae.
„ Cafto fervato corpore
„ Jejunans ufque vefperam
„ Laudes tibi referens
„ Cibum fumebat parcius.
„ Noctis facto filentio
„ Humo proftrato corpore
„ Preces fundebat folitas
„ Aeterno Regi gloriae.
„ Ad fanctum cujus Sarphagum (fic)
„ Obfeffi a Daemonibus
„ Jam liberati redeunt
„ Ad propria cum gaudio.
„ Caecorum quippe oculos
„ Divino nutu illuminans
„ Remotis terrae finibus
„ Mira ejus perfonant.
„ O mirum digne Praefulem
„ Tot dignum Deo meritis
„ Coeleftis Regem gloriae
„ Fac nos captare placidum.
„ Caefenae namque oppido
„ Praeclaris tuis precibus
„ Dignare Pater optime
„ Opis ferre fubfidium.

Legitur hic hymnus in membraneo Capituli Breviario.

XXVII. CONSTANTIUS *Mauri* Nepos, & Successor an. *946*. Ejus meminit *S. Petrus Damianus* in vita *S. Mauri* his verbis. „ Quidam au- „ tem antiquus admodum senex, & corpore marcescente, jam tremulus, „ nostris nuper temporibus exstitit, qui se hujus B. Mauri Nepotem, Constan- „ tium videlicet nomine, Episcopum *Cæsenatis Ecclesiæ testabatur*. De quo „ etiam in tabulis ejusdem Ecclesiæ.

XXVIII. GONFREDUS Conventui assedit celebrato *Ravennæ* an. *954*. de quo *Rubeus lib.* 5. (1)

ADDITIO.

(1) Et Concilia *Harduini tom. VI. col. 617*. Sed & anno *965*. interfuit *Ravennati* Concilio, quod *Petrus* Archiep. habuit, ut videre est in ejus Ecclesiæ Cartophylacio.

XXIX. DODO *Cæsenas* Episcopus præsens fuit *Marcaliano* conventui ab *Honesto Ravennati* Archiepiscopo celebrato an. *973*. ad lites dirimendas inter *Bononiensem*, & *Parmensem* Episcopos. UGHEL.

Et multo ante, an. scilicet *967*. interfuit Concilio *Ravennati*, atque *Johannis* XIII. Papæ diplomati in eodem Concilio dato, quo *Heroldum Salisburgensem* Archiep. deponit, & excommunicat; *Fridericum* vero ejus loci Archiep. creat, subscripsit his verbis: *Ruodo Sanctæ Cæsinatæ Ecclesiæ Episcopus* apud *Harduin. Concil. tomo VI. pag. 652*. COLETUS.

ADDITIO.

Braschius *Dodonem*, a *Ruodone* distinguit; ac si *Dodonis*, *Ruodonisque* nomina tantum occurrerent, nullum ego inter utrumque discrimen adstruerem. Verum an. *973*. quo *Ughellius Dodonem* ait Marcaliano *Honesti* conventui adfuisse, *Guidonem* ego *Ravennati* Synodo ab eodem *Honesto* celebratae subscripsisse reperio his verbis: *Guido Episcopus, Sce Cesinatis Ecclesie interfui & ss.* Extat *Ravennae* apud Cl. Amadesium hujus Synodi Apographum, hocque est ejus initium: *Anno Deo propitio Pontificatus Dom. Johannis summi Pont. & universalis Pape in Apostolica Sacratissimi Beati Petri sede octavo, sitque imperante domno piissimo perpetuo augusto Ottone a Deo coronato pacifico magno Imperatore anno regni pietatis ejus ( ) in Italia vero anno duodecimo, & d. Ottone secundo item a Deo coronato imperante ejus filio anno sexto die undecimo mensis madii indicione prima Ravenne*. Quamobrem si *Dodo* ejus anni Septembri mense, quo *Rubeo teste lib. V.* Marzalianus ille *Ughellii* conventus habitus est, Caesenatem rexit Ecclesiam, tres fortasse non injuria hoc annorum intervallo distinguemus Caesenates Antistites *Ruodonem*, *Guidonem*, ac *Dodonem*, nisi quis mallit unum *Guidonem* adserere, ex cujus nomine perperam lecto tres isti Praesules prodierint. De *Dodone* autem gravior est causa cur dubitemus. Nam in Marzaliani conventus instrumento, quod *Rubeus* recitat, nulla ejus mentio. Unde ergo illam hausit UGHELLIUS?

XXX. SERGIUS Monachus ejusdem Ecclesiæ Episcopus Concilio *Ravennatensi* interfuit an. *997*. kal. Mai. indict. II. imperante *Ottone*, ex Codice Vatic. m. s. num. *5834*. *Ughell.*

Hoc Concilium edidit in sua novissima Concil. editione *Harduinus tom. VI.. pag. 754*. ubi hic noster Episcopus non *Sergius*, sed *Georgius* dicitur. COLETUS.

ADDITIO.

Sergii tamen eſt nomen retinendum. *Sergius* enim *Epiſcopus Sanĉte Ceſinenſis Eccleſie* an. MI. 4. Aprilis interfuit placito habito pro *Pompoſiana* Abbatia a *Silveſtro* Papa II. & ab *Ottone* III. Imp. in Monaſterio S. *Appollinaris* in *Claſſe*. Confer. *Gorii* Symbolas litterarias Decadis *Florentinae t. v. p.* 1. & Annales *Camaldulenſes* in Appendice *tom.* 1. *col.* 160.

XXXI. (*MANNATIUS Epiſcopus Sanĉtæ Cæſenatis Eccleſiæ teſtis interfuit donationis ab Eriberto Ravennate Archiep. factæ Abbati S. Mariæ foris portam Faventiæ an.* 1026. *Refertur documentum a Tonduzio in hiſt. Faventiæ pag.* 151. *qui etiam putat hunc Mannatium eſſe Mancium illum, quem ad an.* 780. *cum Cæſenatibus Chronologis gratis refert Ughellus.*

ADDITIO.

Mannatius jam anno 1016. *Caeſenati* Eccleſiae praeerat; hoc enim anno interfuit *Ravennati* Epiſcoporum, & Abbatum Concilio, in quo agitata lis fuit *Guidonem* Abbatem *Pompoſianum* inter, & *Vitalem* Abbatem S. *Adalberti* in *Pereo*. Cll. *Annalium Camaldulenſium* Scriptores ex autographa Charta Concilium hocce primi eruerunt, inque tomi I. appendicem rejecerunt *col.* 217. *ſeqq.* Ibi autem *Marnacius* hic dicitur, quamquam ex litterarum, quae ipſemet vidi veſtigiis *Marinacius* legendum fuerat, quemadmodum appellatum videbimus in ſucceſſoris Johannis inſtrumento mox recitando. Hunc *Romanum* Manzonius, & Braſchius perperam appellant.

XXXII. JOANNES II. *Cæſenas* Monachus S. *Benedicti* patriæ Epiſcopus fuit an. 1042. Huic S. *Petrus Damianus* inſcripſit (1) opuſculum *de parentelæ gradibus*. (2) Hic *Cæſenatem* Clerum ad regulariter, & communem vitam degendam, conſilio *Gebeardi* Archiepiſcopi *Ravennatis* coegit Extat in Archivio Canonicorum vetuſtum diploma, quod mihi ex originali depromptum tranſmiſit una cum aliis ſequentibus monumentis noſter *Bernardinus Manzonius* tenoris ſequentis. (3)

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Anno Deo propitio Pontificatus Domini *Benedicti* Summi Pontificis, ut univerſalis Pape in apoſtolica ſacratiſſima beati Petri Apoſtoli Domini Sede anno decimo die ſecundo menſis Junii indictione decima, & anni ab incarnatione domini mille quadraginta duo poſt obitum Chonradi imperatoris. Diverſa licet in ſe membra retineat eccleſia Mater univerſalis, unita tamen eſt, & ratione fidei, & operatione virtutis, nam ſecundum Apoſtoli ſententiam in uno corpore diverſa ſunt membra, omnia autem non eundem actum habentia, & in Eccleſia diverſi ſunt ordines, ita quoque morum diverſe ſunt converſationes. Set dum ad unum caput, quod Chriſtus eſt, generaliter referuntur, conſtat eccleſiam unum corpus eſſe ex omnibus individuam propoſito credulitatis, & dividuam officio converſationis. Aliter enim in ſancta eccleſia Monachi, aliter clerici, ac longe aliter laici converſantur. Monachi quippe omnibus, que mundi ſunt, renuntiantes ſe ipſos abnegant, & poſt Crucifixum *Jeſum* ſuam crucem portant, & dum ab aliis penitus removentur, non aliorum, ſed vitam propriam curant. Laici vero dum tranſitoriis inerent rebus temporalibus utuntur poſſeſſionibus, dum cognugia excolunt, dum filios nutriunt, cumque ſecularibus negotiis applicantur, qui apicem mundane concupiſcentie contingunt, ab ea neceſſario coinquinantur. Sed inter has duas converſationis ſpecies media eſt vita clericorum, qui quanto in eccleſia opportuniores exiſtunt, tanto ipſo Deo, qui eccleſie caput eſt conciniores eſſe creduntur. Si enim ſunt eccleſie oculi, qui omnium vitas ſuper omnes poſiti inſpiciunt, & ſpetiali mandato univerſos paſcunt, nimirum ipſi apoſtolicam imaginem retinent; quia a Chriſto eccleſie Paſtores effecti in mundum predicaturi miſſi ſunt, ut eius oves paſcerent, & non ſolum ſe, ſet etiam univerſas gentes predicationis verbo inſtructas, & exempli imitatione formatas ad eterni regni gaudia ducerent, qui accepta poteſtate in animas ligandi adque ſolvendi dominicum paſcebant gregem omnes unanimiter ſentientes, omnia communiter poſſidentes, & ſient unius fidei erant cultores, unius Dei predicatores, ita communiter tanquam nihil habentes, omnium erant poſſeſſores. Debent itaque Clerici, qui eorum ordinem imitantur, eorum mores aſſumere, quatenus quibus concordant in nomine, non penitus diſcrepent in actione. Et ideo ego quidem *Johannes* divini reſpectus operatione Epiſcopus *Ceſinas* clericorum noſtri epiſcopatus vitam in melius reformare domino inſpirante laborans, pravum morem, qui actenus in noſtra eccleſia fuerat, celeſti favore eradicare niſus ſum; adolevit enim in noſtra eccleſia tam prava conſuetudo, ut Sacerdotes, & diacones ceterique eccleſiaſtici ordines ſtipendia ſua & eccleſie oblationes non communi-

ter

ter poſſiderent, neque in pias cauſas expenderent, ſed turpis avaritie lucro dediti, quaſi predam inviecem dividentes, per ſingulas ſuas domos deportarent, ubi cum familiaribus ſuis, & quod deterius eſt, cum mulieribus, portiones ſuas cum ſummo dedecore conſumerent. Unde cum conſilio *Gebeardi* & Senioris, & magiſtri noſtri *Ravennatis* Sedis Archiepiſcopi, aliorumque confratrum noſtrorum tam epiſcoporum, quam etiam religioſorum abbatum, aliquantos ſacerdotes, nec non & diacones, ceteroſque eccleſiaſtici ſtatus in unum collegimus, qui ad onorem Dei, & ſancti *Johannis Baptiſte* communiter in uno loco conveniant, ubi veſcantur & dormiant, ad ſerviendum domino ſine intermiſſione conſiſtant, & ut ſolummodo divino cultui mancipentur, a populari converſatione remoti ſiant. Nam, ſicut ait Apoſtolus: *qui militat Deo non implicat ſe negotiis ſecularibus*, qui ut ſine murmuratione poſſint degere, neceſſarioſque ſibi ſumptus abere, indigentibus etiam elimoſinam dare, cum conſilio noſtrorum fidelium tam maiorum, quamque minorum totiusque populi noſtre civitatis ſufficientes ſibi redditus largiri decrevimus. Proinde ego predictus *Johannes* epiſcopus trado, & ordino, & in perpetuum diſpono vobis *Johannes Archipresbyter*, *Petre presbyter*, & *Johannes presbiter*, & per vos veſtris confratribus, & ſubceſſoribus in perpetuum, qui canonico more ad ſerviendum noſtre eccleſie congregati ſunt permanſuri. Id eſt Monaſterium unum integrum, cui vocabulum eſt S. *laurentii*, & *Zenonis*, qui in *Calanca* vocidatur, cum omnibus ſibi pertinentibus, cum omnibus rebus que predicto monaſterio in eodem fundo pertinent, cum fundo uno integro, qui vocatur *monte*, & alio fundo integro, qui vocatur *Urliano*, poſito in plebe S. *Victoris*, qui vocatur *in Valle*, & cum medietatem de fundo integro, qui vocatur *Caſa Summola* poſita in plebe S. *petri*, qui vocatur in *Ciſtino*, & tres canterios terre, in fundo qui vocatur *fontanelle*, & unum canterium in fundo *campo*, qui vocatur *Cauci*, & medietatem de fundo, qui vocatur *Vico malo*, & cum omnibus, quod predicto monaſterio pertinet in burgo *Ceſenate*, & unam unciam terre, quod ſunt tornaturie duodecim integre poſite in fundo, qui vocatur *Monticlo* quem detinent heredes quondam *Liuto*, & *Petrus* magiſter quondam *Leo* presbytero cum germanis ſuis, & ſex uncie in fundo *Barciliano* territorio *Sarſenenſe* plebe S. *Marie*, qui vocatur *majoris*, & medietatem integram de fundo uno integro, qui vocatur *Muſiano*, cum capella ſuper ſe poſita. Damus etiam, & concedimus vobis medietatem de fundo uno integro, qui vocatur *Marignoni* territorio *Ariminenſi* pleb. S. *Johannis*, qui vocatur in *Compudo*, & unam petiam terre, & vineam ſuper ſe habentem poſita in fundo, qui vocatur *Rannula* per pediſmum menſurata in longitudine ſua perticas decem, pedas optuaginta & quinque, & in latitudine ſua ab uno capite pertice treginta & octo, & ab alio capite pertice viginti & quartuor. Et concedimus vobis due turnaturie terre, & dimidia, que in predicto monaſterio obvenit de *Ceſino*, qui vocatur *Pagano* poſite in fundo, qui vocatur *Capocauci*, & tres tornaturie & dimidia terre in fundo, qui vocatur *Campeliano*, & octo tornaturie terre poſite in fundo, qui vocatur *Vezano*, & quattuor tornaturie in fundo, qui vocatur *Caſamalo*. Et concedimus vobis quantaſcumque nos habemus in loco, qui dicitur ſancto *Secretario*, quod eſt fundum, qui vocatur *Ramo*, infra ec latera, a primo latere, & a ſecundo latere poſſidet *Liudo*, qui vocatur de *Salico*, cum conſortibus, & fratribus ſuis, & foſſato, qui dicitur *Sicco*, a tertio latere via percurrente, & fundo qui vocatur *Barbaibio*, adque a quarto latere uſque ad *Montiello*, & caſa *lapiera*, & ſicubi, & pertinentia eiuſdem Monaſterii invenire potueritis, omnia ſint vobis largita, adque conceſſa. Et omnia abeatis, teneatis, poſſideatis etiam innovandi & diſponendi cum veſtris ſubceſſoribus in perpetuum, ſicut ſuperius legitur. Que omnia ſita ſunt territorio *Ceſenate*, & territorio prelibato Vicariato pleb. *S. Victoris*, qui vocatur in *Valle*, territorio *Ariminenſe* pleb. *S. Johannis*, qui vocatur in *Compudo*, & territorio Ravennate in decimo pleb. *S. Petri*, qui vocatur in *Ciſtino*, & territorio *Sarſinate* pleb. *S. Marie*, que vocatur *maioris*. Pro eo quia in eccleſia noſtri epiſcopatus ſine intermiſſione divina officia celebrare debearis, ideſt matutina & veſpertina, miſſarumque officia, ceteraque officia, que in eccleſia pro vivis, & defunctis regulariter ſunt agenda. Debeatis etiam orare aſſidue pro mea & meorum anteceſſorum ſubceſſorumque anima, unde illos tres ſpalmos, ideſt *Miſerere mei Deus*, & *Deus miſereatur noſtri*, & *Deus in adjutorium meum intende*, cum oratione pro me, meiſque ſubceſſoribus in carne degentibus cotidie Deo ſolvatis, pro mortuis autem, me ſcilicet meiſque anteceſſoribus vel ſubceſſoribus hos tres ſalmos cum oratione reddatis, id eſt *Miſerere mei Deus*, *Vocem meam*, & *laudate Dominum in Sanctis eius* in die Anniverſarii noſtri, & *Marinacci* anteceſſoris noſtri, omniumque Subceſſorum noſtrorum integrum Officium Mortuorum cum Miſſa celebrare debeatis, ſicut in ipſa die depoſitionis. Et non liceat Nobis vel noſtris Succeſſoribus, ea omnia que largiti ſumus per nullum modum abſtraere, vel minuere, donec vos, ſicut ſuperius diximus, veſtrique ſubceſſores in ac noſtra eccleſia canonico more Deo fueritis ſervituri. Quod ſi quis ujus noſtre ordinationis & diſpoſitionis ſtatutum temmerare preſumſerit vel nos, ſive noſtri Subceſſores aurei libram unam vobis, veſtriſque ſubceſſoribus dannetur, ſolutaque pena oc noſtre diſpoſitionis decretum maneat irreffragabiliter in perpetuum. Quam vero paginam preceptionis, & decreti *Johannes* Deo largiente tabellio ujus Civitatis *Ceſſene* ſcribere juſſi, in qua & ego ſubter manus meas propria ſubſcripſi, & rogatis teſtibus, illamque vobis tradidi ſub die, & menſe, & indictione ſupraſcripta decima. *Ceſſene*.

Ego *Gebheardus*, dei gratia, Archiepiſcopus ſſ. (4)

† Ego *Johannnes*, gratia dei, Epiſcopus ſancte *Ceſſenatis* eccleſie ſic diſpoſui, ſic decrevi, & in perpetuum valere precepi.

† Confirmans factum judex ſubſcripſit *Arardus*.

† Ego *Bernardus* quondam *Hotardi* judicis natus in hac decreti pagina teſtis rogatus. ſſ.

† Ego *Griſo* in ao decreti paginam teſtis rogatus ſſ.

† Ego *Petrus* in Dei nomine tabellio & judice in hac decreti pagina teſtis rogatus. ſſ.

† Ego *Liutulfo* in oc decreto teſtis. ſſ.

† *Liudonis* filius *Gobizo* ujus decreti teſtis interfuit, & ſubſcripſit.

† *Petrus* in oc decreto interfui.

† Ego *Letus* de *Liuto* ujus decreti teſtis interfui, & ſubſcripſi.

† Ego *Johannes* tabellione Chriſti miſericordiam civitatis *Ceſſene* Scriptor uic decreti pagine .... poſt roborationem teſtium, aliorumque complevi, & abſolvi.

Notitiam teſtium
Arardus judex
Griſo, & *Leto*
Petrus tabellio
Petrus, qui vocatur
Petrus qui vocatur
Bernardus quond. *Hotardi* Judicis filius
Germani filii quondam *Liuto* ſupraſcriptus *Liudo* & *Gebizo* filio ſuo.
Petro de Raberto
De *Roprando*.

ADDI-

ADDITIO.

(1) Mabillonius *annal. Benedict. tom.* 4. *pag.* 448. an. MXLIII. inscriptum Johanni a *Damiano* hoc opus censet; ad an. MLIII. referunt cl. PP. *Annal. Camaldulensium* Scriptores *tom.* 2. *lib. XIV. n.* 5. *pag.* 128.

(2) Ad eundem Johannem missa videtur ejusdem *Damiani* Epistola, quae sexta est libri quarti, ut appellati *Annal. Camaldul.* Scriptores coniiciunt l. c. p. 129. Nec dubitaverim, quin Johannis nostri suasu scripserit idem *Damianus* vitam *S. Mauri* suo loco a nobis indicatam.

(3) Mutilam Chartam Episcopalis hujus Decreti produxit *Ughellius*, atque ex eo *Harduinus t. VI. Concil. col.* 920. Ante aliquot annos integram ego ex apographo descripseram, quam & in *Itinere Italico* edidi. Eamdem in appendicem secundi tomi intulerunt *Annal. Camald.* Scriptores *col.* 97. *seqq.* Integram Ego in ipsum *Ughellianum* textum inferre malui, quam inutili fragmento lectores fatigare; sed eam multo accuratius quam hactenus divulgata fuerit, nunc dabimus ex autographo diligentissime a nobis collato.

(4) *Braschius* in M. S. *Diatribis* suis *Caesenatibus* hunc conventum, in quo *Johannes* Canonicis suis vitam communem praescripsit, magnifica *Provincialis* Concilii *appellatione designat*; sed fallitur optimus vir; non enim illud Concilium Provinciale dicitur, cui Metropolitanus intersit, sed illud, cui cum Metropolitano adsint Provinciales Episcopi.

XXXIII. DESIDERIUS Cæsenas *Benedictini* ordinis Monachus Johanni successor 1057. Hic est ille *Cæsenas* Episcopus, cui *Gerardus* Comes *Bertinorii* ex testamento suam mulam legavit an. 1062. apud Rubeum. (1)

ADDITIO.

(1) Et Claramont. *hist. Caesen. lib. VI. fol.* 229.

XXXIV. IL. forsitan *Ildeprandus Cæsenæ* Episcopus, cujus meminit *Leo Ostiensis* in *Chronic. ad an.* 1065.

XXXV. GEBIZO [1] Monachus & (2) Abbas Sanctorum *Alexii*, & *Bonifacii* in monte *Aventino* ord. S. *Benedicti* cum Ecclesiarum omnium (3) simul cum *Mauro S. Sabbæ* Abbate visitator fuisset adscitus an. 1075 (4) in sequenti anno missus Legatus a *Gregorio septimo* cum *Fulcoino Forosemproniano* Episcopo in *Dalmatiam*, in Basilica *Salonica* divo Apostolo *Petro* consecrata, populo adstante, atque spectante ex auctoritate apostolica investivit, coronavitque in Regem *Illiricorum* & *Dalmaticorum* illorum Ducem *Demetrium*, ipseque *Gebizonis* medio Sanctæ apostolicæ Sedi præstitit obsequium, ut narrat *Baronius tom.* XI. (5) *Gebizo* deinde ab eodem *Gregorio* Episcopus *Cæsenas* adlectus est an. 1083. (6) pauloque post Presb. Card. creatur. V. G. H.

De eo *Lucius* in *Regno Dalmatiæ Oldoinus in Ciac. tom* I. *col.* 859. *Bolland. tom.* II. *Febr. pag.* 113. Colet.

ADDITIO.

(1) Seu *Gebiosus*, qui *Episcopus Monachus Congregationis nostrae* scilicet *Avellanensis* notatur in veteri *Avellanensi* Necrologio ad diem XXX. Junii.

(2) Ex *Avellanensi* familia *Romam* evocatus, ut *Jacobillius*, & *Grandius* dissert. Camald. IV. c. 1. n. 5. conjiciunt.

Quid

(3) Quid hoc *Ecclesiarum omnium?* Plurium per Italiam scribendum fuerat.

(4) Extat *Gregorii* VII. Epistola XLI. ad *Feretranos*, & ad *Eugubinos* hoc anno MLXXV. perscripta, in quibus Abbates Monasteriorum *S. Sabbae*, & *S. Bonifacii* titulo *Apostolicae Sedis Legatorum decorantur*. Sunt propterea qui velint *Feretranae*, quae Pastore suo viduata erat, Ecclesiae postulatum hoc anno, & electum Episcopum *Gebizonem*; sed oppido falluntur, ut a cl. P. *Contareno Ord. Praedicatorum* in egregia disertatione demonstratum fuit.

(5) Adstitit etiam cum *Folcoino* donationi factae Monasterio *S. Johannis Evangelistae Bellogradensis* Civitatis an. MLXXVI. a *Praestantio* eiusdem urbis Episcopo; eiusdem quoque Monasterii Ecclesiam dedicavit cum eodem *Praestantio*, *Laurentioque Spalatensi* Archiepiscopo. Quae quidem omnia adlatis a Lucio p. 85. monumentis comprobantur.

(6) Putavit *Baronius* ann. t. XI. ad an. 1076. *Gebizonem* tempore *Dalmaticae* Legationis fuisse *Caesenatem* Episcopum; sed in autographis, quae indicavimus a *Lucio* excriptis monumentis solo titulo Abbatis insignitur, ut animadverterunt erudi-ti *Annalium Camald.* Scriptores t. 3. lib. XXI. n. 23. p. 18.

Immo non solum in Codice Cencii Camerarii apud Muratorium Tom. V. Antiquit. Med. Aevi col. 840, sed etiam in antiquiore *Albini* Codice, quemadmodum videre est in Cennii praefatione ad Tomum 1. *Codicis Carolini* pag. XLVI. haec legimus; *Ex Synodo habita in Dalmatia a Legatis VII. Pape Gregorii, scilicet a Zebizone* TUNC *Monasterii SS. Bonifacii, & Alexii Abbate* NUNC VERO CESENATE EPISCOPO, nec non a *Folcuino Forosimpronii Episcopo. Que Synodus habetur in Archivo Sacri Palatii Lateranensis. In nomine Domini &c. A. Dom. Inc. MLXXVI. Indict. XIV. &c.* Dubitari igitur jam nequit, quin Gebizo primum post reditum a Dalmatica Legatione Episcopus Caesenatibus datus sit, anno scilicet, ut appellatus Cennius recte monet, MLXXXIII.

XXXVI. UGO *Gebizoni* successit. Is anno 1106. Canonicorum Capitulo Cathedralis Ecclesiæ aliquas Capellas, Ecclesiasque concessit, ut in documento originali in archivio Canonicorum legitur. Diploma dirigitur *Laurentio* Archipresbytero, *Leoni* presbytero, *Cecinello* Diacono, *Raynerio* Subdiacono, cæterisque Ecclesiastici Status congregatis ad serviendum Deo, & Divo *Jo: Bapt.* in Ecclesia Cæsenatensi.

A D D I T I O.

Ipsum diploma non ex originali, quod vix credo, *Ughellio* scribente, extitisse, sed ex perantiquo, illoque inemendatissimo Apographo reddere heic placet.

In nomine Domini nostri Jesu Christi Salvatotoris, anno ab Incarnatione ejus millesimo centesimo sexto .... imperante dono henrico imperatore in Italia anno viesimo tercio die sexto decimo mensis Iulii indictione quarta decima *cesene*. Et ideo ego quidem *Ugo* divini respectus operacione episcopus cesenas clericorum nostri episcopatus ..... melius reformare in deo inspirante laborans pravum more qui actenus in nostra ecclesia fuerat celesti fasore eradicare viso sum. Adolevit enim in nostra ecclesia tam prava consuetudo ut sacerdotes & diacones ceterique ecclesiastici ordines stipendia sua & ecclesie oblaciones non communiter possiderent neque in piis causis expenderent, sed turpis avaricie lucro dediti quasi predam invicem dividentes per singulas suas domos deportarent ubi cum familiaribus suis, & quod deterius est cum mulieribus porciones suas cum summa infamia consummerent. Proinde ego predictus *Ugo* episcopus trado & ordino & in perpetuo dispono vobis *Laurentius* Archipresbyter, & *Gerardus* presbyter, & *Petrus* presbyter, & *Leo* presbyter, atque *Cecinellus* diaconus & *rainerius* subdiaconus & per vos vestris confratribus & sucessoribus in perpetuum qui canonico more ad serviendum vestre ecclesie congregati sunt permansuri. Id est totum & integrum omnium rerum que vestre canonice abet & detinet per anteriorem cartulam quam vobis dedit iohannes episcopus antecessori vestro in quibuscumque locis plebes & capellas vicariatum decimationes & primicias offerenciis aqua sancta visitacio terris vineis mansionibus & cum omnibus sibi pertinentibus & in vestre cartule relegitur. Ita concedo & confirmo & in perpetuum dispono vobis & per vos in predicta canonica vestrisque successoribus id est omnis aquisitum vestrum que vos aquisitum abetis in predicta canonica de jure nostri episcopatus a tempore predicti *iohannis* episcopi usque modo. Id est unum spacium terre cum capella super se edificatam in burgo *cesene* qui dicitur *vinea* in *casa* que vobis dedit *petrus de ramberto* cui vocabulum est predicte capelle *sancti luce* & unam mansionem in ipso burgo juxta

rapa montis que detinet *iohannes levorine*, que vobis dederunt heredes *bernardi de otardi*, & unum alium ſpacium in predicto burgo que poſſidet *ricardus*, & concedo vobis unam aliam manſionem in burgo *ceſene* ſupra ripa *ceſenule* que detinet heredes *mincignani*, & unam manſionem cum orticello in predicto burgo que detinet burgo *piſcario*, & unam manſionem in loco qui dicitur *troa*, que detinet *petrus boſmuzo*. Ita confirmo vobis ſicut ſupra omnia que vobis dedit per donis cartule *ideprandus moſcari* quod eſt vinea ſua donnicata juxta *ſtrata petroſa*, & habet veſtri donnicati qui nominatur *troa*, & habet *petrus celarinus* & omnia que ipſe vobis dedi in loco qui dicitur *caſtagnetula* de jure noſtri epiſcopati & in fundo *vigo malo* duodecim tornaturie, que detinet *anna de rodulfo* & filios *iohannis de ramberto*, & omnia que vobis dedit *ingice* uxor quondam *Sale* in predicto fundo *caſtagnetula*. hec etiam confirmo vobis & per vos in predicta canonica omnia que vobis dedit *tebaldus de corbis* in fundo *noceto* cum molendino infra ſe in rivo *ceſinula*, & cum ortoris ex utraque parte *ceſinule*, & que detinet *burgo rizo* in eodem loco, & duodecim tornaturie terre & vineam ſuper ſe in fundo *villa ruſtica* que detinet heredes *dominiei de burga* cum ſuas conſortes, & omnia que vobis dedit *iohannes ingonis* in loco *curſiliano* & *ſarturano* que detinet filios *martini urſonis*, & omnia que detinet *ruſticus* presbyter quod eſt clauſuram unam cum vineam & . . . . . . ſuper ſe in fundo *lugagnano*, & quattuor tornaturie terre in fundo *radeclada*, que vobis dedit *petrus de rigiza* que detinet *cardello* & omni que vobis obvenit da predicta *petrus de rigiza*, & *Lanfrancus* germani in fundo *monte albano* & in fundo *bulberaria*, & omnia que vobis dedit in loco *Caſaroſaria ardulo de gandulfo* & *Gaſde* uxori ſue & in loco qui dicitur *for* . . . . . & in fundo qui vocatur *mariliano* in plebe *S. Marie in ronta*. Ita confirmo vobis ſicut ſupra omnia que a predicta canonica dedit *petrus de bulgaro* . . . . . in fundo *Caſalillo* & tres tornaturie terre que detinet *zogalo* in fundo *camurcani* & omnes res illas que vobis dedit *ſifrido*, & *gerardus*, & *mazolino* germani in fundo perito que detinet filii *iohannis adriano*, & omnia que vobis dedit *opizo* de *iohannis de Liuto* in fundo .... que detinet predicti *adriani*. & concedo vobis omnia que vobis dedit *paulo* de *petro* de *arduino* in fundo *monsale* & due tornaturie terre in fundo *finazarro* que detinet filii *mincignano*, & hoc quod detinet *dominicus culliatiſo* in fundo *radeclada*, qui dicitur *ſuriva* que alias fuit *Conon* . . . . . ſitque concedo in predicta canonica capellam unam, cui vocabulum eſt Sanctus *Bartholomeus* in fundo . . . . . quod eſt in plebe ſancti *victoris in valle*, & capellam integram que dicitur Sancti *gibdi* in fundo *caſtagnetula*, & unam aliam capellam integram in loco, qui vocatur *viſiano* cui vocabulum eſt ſancti *benedicti*, & confirmo & concedo vobis & per vos in predicta canonica veſtriſque ſucceſſoribus, id eſt ſedecim tornaturie terre integre poſite in fundo *campiliano*, que vobis obvenit da *ſeniorellus* de *canduccio*, & que vobis obvenit da *gerardus de roprettus* in fundo *caſamazo* & in fundo *maſalardi*, & tres tornaturie terre, que vobis dedit *iohannes balbo* in predicto fundo *caſamazo*, & hoc quod detinet *albertus* filius *martini glutto* in fundo . . . . que alias ſuit predictus *gerardus* de *ropretto*. Simulque confirmo, & confirmo vobis ſicut ſuperius omnia prefata res que vobis dedit *petrus* de *lsvalle* que ſibi obvenit dacone prepoſitus veſtre canonice in fundis . . . . . & omnia que vobis obvenit de *petrus ſalsello* & *petronue cognati* ſue in fundo *curſiliano* que illorum obvenit da *radulfo* . . . . . Item etiam confirmo & concedo vobis orta ſicut ſuperius omnia que vobis obvenid da *henricus* de *iohannis de uberto* . . . . in ripa *caſtri veteri*, & omnia que vobis ſolverunt in predicta ripa da *dominicus*, qui vocatur *bichirone* & omnia que . . . . . obvenit da *laurencius de presbytero martinus* in fundo *caſa roſaria*, & in loco qui dicitur *lebrioſa* iuxta *ſtrata petroſa*, & omnia que vobis tradita ſunt per cartulam donacionis aut per inveſticionem in quibuſcumque locis que nominata non ſunt. Item eciam confirmo & concedo vobis & per vos in predicta canonica veſtriſque ſucceſſoribus ſicut ſuperius diximus. Id eſt omnibus rebus que vos damodo in antea aquiſtare potueritis per ullo contracto de iuris noſtri epiſcopati in quibuſcumque locis omnia & ex omnibus in iſta pagina permanead. item omnia prefata res cum terris vineis campis arboribus capellis & deficiis & vacuamentis, & cum omnibus ſibi pertinentibus ut ſuperius conſtituta. Item omnia territorio *ceſene*, & in burgo & vicariato & plebes habeatis, teneatis poſſideatis vos & veſtros ſucceſſores ordinandi & diſponendi. Pro eo quia in eccleſia noſtri epiſcopatus ſine intermiſſione divina officia celebrare debeatis. Id eſt matutina & veſpertina miſſarumque officia ceteraque officia que in eccleſia pro vivis hoc delunctis regulariter ſunt agenda debeatis hec iam orare aſſidue pro me & pro meorum anteceſſorum ſubceſſorumque animam. Unde tres iſtos ſpalmos id eſt *Miſerere mei Deus*, & *Deus miſereatur noſtri*, & *Deus in adjutorium meum intende* cum oracione pro me meiſque ſubceſſoribus in carne degentibus cotidie deo ſolvatis, pro mortuis autem me ſcilicet meis iſque anteceſſoribus vel ſubceſſoribus . . . . tres ſalmos cum oracione ſolvatis id eſt *Miſerere mei Deus*, *vocem meam ad dominum clamavi*, & *laudate Dominum in Sanctis eius*. In die anniverſarie noſtri & anteceſſores noſtri omniumque ſucceſſorum noſtrorum integrum officium mortuorum cum miſſa celebrare debeatis ſicut in ipſa die depoſicionis, & non licead nobis vel noſtris ſucceſſoribus hec omnia que largiti ſumus per nullo modo abſtraere vel minuere donec vos ſicut ſuperius diximus veſtrique ſucceſſoribus in hac noſtra eccleſia canonico more Deo fueritis ſerrituri. Quod ſi quis uius noſtre ordinacionis & diſpoſicionis ſtatutum temmerare preſumpſerit ſive nos ſive noſtros ſucceſſores trecentum decem & octo patrum anathematis percuſſum trium librarum auri pena vobis veſtriſque ſucceſſoribus damnetur, ſolutaque pena ob hoc noſtre diſpoſicionis decretum manead inrefragabiliter in perpetuum. Quam vero paginam preceptionis, & decreti *Ugo* Deo largiente tabellione uius Civitatis *Ceſenas* ſcribere juſſi.

Ego *Ugo Ceſenas* epiſcopus in hac enphitoſi a me facta manu mea ſubſcripſi: Ego *Petrus* filius *Bulgari* teſtis ſum de omnibus que ſuperius: Ego *Emmicus* filius eiuſdem *Petri* teſtis ſum de omnibus, que ſuperius: Ego presbyter *Paganus* teſtis ſum de omnia ſupradicta ſubſcripſi: Ego *Petrus* clericus teſtis ſum de omnibus ſupradictis: Ego *Petrus* filius quondam *Michaelis* tabellionis teſtis fui de omnibus que ſuperius: Ego *iohannes* teſtis ſum de omnibus ſupradictis ſubcripſi. Ego *Ugo Ceſenas* tabellio uic paginam complevi & firmavi

Noticia teſtium
de *acia* & *Emicus*
nus Petrus *Clericus*
filius *petrus* filius

Id eſt *Petrus Bulgari*
et nomine presbiter *paga*
Johannes Ugonis tabellionis
Michaelis tabellionis.

Ego *rodulfus Ceſenas* tabellio hoc exemplum exemplavi ex veteri inſtrumento facto quondam a predicto *Ugone* tabellione nihil addens vel diminuens dolo malo & exemplavi hoc exemplum in preſencia presbyteri *dominici*, & magiſtri *Viviani* & *Oddonis*.

XXXVII. BEN.

XXXVII. BENNO reperitur ſubſcriptus cuidam Bullæ Eccleſiæ *Piſanæ* indultæ ab *Honorio ſecundo* Papa an. 1126. ut in Archiepiſcopis Piſanis retulimus. Anno vero 1141. ſubſcripſit ſententiæ, qua *Gualterius Ravenn.* Archiep. compoſuit controverſias inter Canonicos Eccleſiæ Majoris, & S. *Proſperi Reginos*. Vide *Italiam Sacram in Ravennatibus* (1)

A D D I T I O.

Et *Muratorii* Antiquitates Italicas T. 5. col. 107. ſeq.

XXXVIII. ODDO hujus nominis primus, *Bennoni* ſucceſſit in eadem Sede, cujus adhuc extat in Canonicorum tabulario conceſſionis documentum datum *Sergio* presbytero, & *priori Eccleſiæ Cæſenatenſis*, *Andreæ*, & *Ugoni* presbyteris, *Johanni*, *Almerico*, & *Johanni* de *Galeata* diaconibus, *Henrico*, & *Martino* Subdiaconibus an. 1155. die decima nona Maii in clauſtro canonicæ Cæſenæ, de quo etiam *Rub.* ad an. 1151.

A D D I T I O.

En quod hic ab Ughellio indicatur diploma.

In nomine domini anno milleſimo centeſimo quinquageſimo quinto regnante *Friderico* Imperatore & imperante. Anno primo. *Adriano* Papa. Anno primo die nono decimo menſis madii indictione III. in clauſtro Canonice Ceſene. Diverſa licet in ſe membra retineat eccleſia mater univerſalis, unita tamen eſt & ratione fidei & operatione virtutis; nam ſecundum Apoſtoli ſententiam *in uno corpore diverſa ſunt membra omnia autem non eundem actum habentia*, & in eccleſia diverſi ſunt ordines. Ita quoque morum diverſe ſunt cogitationes. Set dum ad unum caput quod Chriſtus eſt, generaliter contrahuntur vel referuntur. Conſtat eccleſiam unum corpus eſſe & in omnibus individuum propoſito credulitatis, & dividuam offitio converſationis Et ideo ego *Oddo* Sancte *Ceſenatis* eccleſie epiſcopus tibi donno *Sergio* presbytero, atque priori tuiſque fratribus, videlicet *Andree* & *Ugoni* presbiteris necnon *Johanni Almerici* & *Johanni Galiatenſi* diaconibus, atque *enrico* & *Martino* ſubdiaconibus, & per vos veſtris confratribus ſeu ſucceſſoribus, qui canonico more ad ſerviendum noſtre eccleſie congregati ſunt permanſuri ſunt in perpetuum. Trado & confirmo vobis per hanc paginam noſtri privilegii quicquid ad preſens videmini habere detinere vel in futuro acquirere teſtatione ſeu donatione. Id eſt plebem integram Sancti *Victoris*, qui vocatur *in valle* cum titulis & capellis necnon & oblationibus, & aqua ſancta & unctionibus vivorum & mortuorum cum terris & vineis arbuſtis & arboribus & omnibus ſuis pertinentiis. Inſuper largimur vobis veſtriſque ſucceſſoribus in perpetuum omnes decimationes & primitias, & teſtationes & aquam ſanctam totius vicariatus, qui incipitur a capite pontis *Sapis* & quantum undique extenditur in quibus teſtationibus mihi meiſque ſucceſſoribus per fidem boni eſſe debeatis vos veſtrique ſucceſſores concedimus quoque vobis fundum unum integrum qui vocatur quadraginta quem vos donicatum habetis, & ex parte collocatum. Concedimus vobis alium fundum integrum, qui vocatur *caſa rivana* cum omnibus ſibi pertinentibus ab uno latere fundus qui vocatur *Sandrianus*, ab alio latere fundus qui vocatur *cala firmola*, ab alio latere fundus qui vocatur *donicilio*, a quarto latere fundus qui vocatur *razano*, & quidquid habetis & detinetis *in caſale* & in *aquarola*, & in *compoda*, & in *carfiſi*, & in *ſoriva*, & in *campo longo*, & in *caſa mazo*, & in *cluſa*. Item concedo vobis veſtriſque ſueeſſoribus campum unum donicatum & molendinum unum in rivo *ceſenule* cum *ponzata* quam *iohannes falcone* dedit mihi cum omnibus ſibi pertinentibus, & cum duobus ortis unum ab una parte, & alium ab alia parte ceſeule ſuprafcripta omnia donicata tenebam. Itemq ue largior vobis veſtriſque ſucceſſoribus eccleſiam Sancti *Martini* prope pontem fluminis, & eccleſiam Sancti *Luce*, & eccleſiam Sancti *Johannis evangeliſte* cum omnibus ſibi pertinentibus, & eccleſiam Sancti *Severi* & Sancti *ieminiani* cum omnibus ſibi pertinentibus, utreque ſunt poſite in fundo *noceto*. Item concedo vobis eccleſiam Sancti *Laurentii* & *Zenonis* in fundo *calaneo* cum omnibus ſibi pertinentibus & cum omnibus rebus predicte eccleſie in eodem fundo pertinens, videlicet campum donicatum, vineam & ortum & aream tam donicata quam etiam colonicata & fundum unum integrum qui vocatur *monte*, & alium fundum integrum, qui vocatur *offiliano* poſitum in plebe Sancti *Victoris in valle*, & medietatem de fundo integro qui vocatur *caſa Summola* in plebe Sancti *Petri in ciſtino*, & tres canterios terre in fundo *fontanelle*. Largior vobis eccleſiam Sancti *Stephani* in fundo *poezolo* cum omnibus ſuis pertinentiis, & eccleſiam ſancti *petri* in *ſtrata* in fundo qui vocatur *turicla* cum vinea donicata, & cum omnibus ſuis poſſeſſionibus poſitis in predicto fundo, & una clauſura in campo *batintorio*, & campum unum donicatum in campo *cauci* cum aliis omnibus poſſeſſionibus vobis pertinentibus, & que habetis & detinetis in *campiliano* & in *pulberaria* & in *ſezano*, necnon eccleſiam ſancti *vitalis* cum omnibus ſibi pertinentibus in fundo *ſeſantulas* cum campo donicato. quem *galdia* vobis in eodem fundo reliquid, & quidquid habetis & detinetis in *pettole* & in *pimpiolo* & in *auriolo*, & quod *pampi* quondam detinuerint...... Inſuper largior vobis Eccleſiam Sancti *egidii* in fundo *caſtagnetula* cum omnibus ſibi pertinentibus, & campum unum donicatum quem dedit vobis *Ildibrandus* de *maſcaro* in eodem fundo, & quod detinetis in *radiclada*, & unam vineam donicatam quam habetis in .... & eccleſiam ſancti *Bartolomei* cum omnibus ſibi perti-

nentibus

nentibus in fundo.... & quod detinet *Johannes bonus* .in fundo, & quod detinet *Ugo* de *pepurio* cum fratribus ſuis in *bauzano*, vel ſi in aliis conſiſtit, & quod detinet *Martinur* de *mertulo* in eodem fundo *bauzano*, & quod detinetis in *plumbarula*, & vineam donicatm quam vobis reliquid *bruſabarra* in ..... & quod detinet veſtro jure *rambertelli* in eodem fundo, & quidquid habetis in *Lugagnano*, & in *Sarturano*, & in villa *ruſtica*, & in *curſiliano* & in *olmeta*. Iterum largior vobis veſtriſque ſucceſſoribus eccleſiam ſancti *benedicti* in fundo *viſiano* cum omnibus ſibi pertinentibus, & quod detinetis, vel alii per vos detinent in *caſa roſara*, & in *ponte*, & quod detinetis in *monte albano*, & in *molazaula*, & in *curte ſancti Zacharie*, & quod detinetis in *fracta* que vobis evenit a *Maria Johaunis Auneſti* que detinet *petrus Muſianus* cum ſuis conſortibus, & quod veſtro jure detinet *trilli* .... & quod *marotta* uxor quondam *rodulfi ingonis* vobis pro anima ſua dedit in loco, qui dicitnr *Vico*, & quod *Leo* clericus cum ſuis conſortibus & filii *ingoli* & *ariardi* de *Zemma* cum ſuis conſortibus habent & detinent, & quadraginta tornaturias terre in *androda*, quas veſtro jure detinent *Martinus* de *fancola*, & *carboncellur*, & *rodelenda* cum eorum conſortibus, & concedo vobis pratum veſtrum donicatum in regione ſancti *peregrini*, & quod detinet veſtro jure *iohannes picinago* in curte ſancti *theodorl*, & duodecim tornaturias terre in *gabanella* quas in predicta canonica pro anima ſua *ildiprandus zagaldur* dedit & qnod idem *ildebrandur* ſimiliter vobis dedir in *gatuli maiori*, & *minorl*, & in *monte*, & viginti tornaturias terre in maritima, quas vobis dedit *Mazzolinus*, & unum canterium terre quem vobis *marotta* de *petro de bulgaro* dedit in *colore*, & quod detinuit *andreas tebaldi* jure quondam *girardi falconarii* in fundo, & duas perias terre quas veſtro jure detinet *rebaldur*, & quod ipſemet per vos laborat in.... & quod *Mainardur*, & ejus nepos veſtro jure detinet in campo *arſizi* & quod in eodem loco detinet *Martuziur* cum parentibus ſuis, & ſex tornaturias terre in *colore*, quas vobis dedit *Petrus rigonis*, & ſunt donicate, & quod *gratianur celenda* veſtro jure detinet cum ſuis conſortibus in... & quod habuit, & detinuit *garganellus* jure *petri* de *rigizo*, & ipſe & uxor ejus in predicta canonica dedir in fundo.... & unam vineam donicatam, quam *girardus mazolinus* vobis dedit in *rontola*, & quod *niceo* de *peronda* & *concola* detinent in eodem loco, & quod veſtro jure derinet *dominicus Segalaro* & filius *rodulfi* de *delandis* in *Saldolo* & quod *Martinus Capur coctus* derinet veſtro jure in fundo.... & quod *Clarci* detinent jure *bruſabarre* in... & quod *guinizo Mainardo* habet & detinet veſtro jure in *cagnano* & unam petiam terre & vinee quam *aligrictus* presbyteri *andree* habuit veſtro iure in vinea ſua de *cagnano*, & quod filius *gerardi ſtevoli* & *ſuſculus piſcis* vendulo habet veſtro iure in..... & quod *petrur adrianur* habuit iure veſtre canonice in.... & quod *Johannes* de *blanco* detinuir veſtro iure in *barbalbio*, & quod *Scorzo*, & *ſalicus* detinent veſtro in *verſiclino*. Item concedo vobis veſtriſque ſucceſſoribus medietatem de fundo uno integro qui vocatur *vigo malo*, & quod *Ugolinur* de *Almerſco* dedit pro anima ſua in predicta canonica & *roſoleto*, ſcilicet vineam donicatam & campum, & quod heredes *dominici* de *gerardo* in eodem fundo derinent, & quod *petrus* de *boniſelda* veſtro iure derinet in *Canuzo*, & omne hoc quod *maroza Petri de bulgaro* vobis dedit in eodem loco, & quod *imelda berarda* detinet veſtro iure in *figlina*, & *in flumine mortuo*. Iterum confirmo vobis veſtriſque ſucceſſoribus ſex uncias terre in fundo *barziliano* territorio *Seſennati* in plebe S. *Marie maioris*, et medietatem de fundo qui vocatur *morſiano*, cum capella ſuper ſe poſita, et medietatem de fundo uno integro qui vocatur *marignoni* in plebe S. *iohannis* in *compoda*, et concedo vobis unam manſionem quam veſtro jure detinenr heredes *perri* quondam *bucca muza* in burgo *Ceſene*, et veſtro jure detinet *ruzeriur iocoli* in fundo *tria*, et manſionem *callicariorum* cum curte eorum, et quod eorum jure detinet *sedelgardus*, et quod *ardulus bulgari*, et uxor *alberti brilli*, et quod *iohannes quiton* et frater eius, et *petrur beluzii* cum eorum conſortibus habent er detinent in burgo *Ceſene*, et quod *pelochinur* habet et derinet in burgo *Ceſene* a ſemita uſque ad *ceſenulam*, et manſionem unam in vinea *tallata* quam jurea filiorum *beſtuldi* detinet peccator, a duobus lateribus vie percurrentes, ab alio latere filii *beſtuldi*, a quarto latere filius *bagneſe*, et quod *petrus* de *la valle* in predicta canonica dedit in quibuſcumque locis vel fundis, et quod *Ugo faber* donavit et dedit in predicta canonica in plebe ſancti *petri in ciſtino*, et quod veſtro jure detinet *rodulfi* de *binello* in...... Largior inſuper vobis veſtriſque ſucceſſoribus per me et per meos ſucceſſores in perpetuum poteſtatem, ſi ullo *in* tempore in veſtro vicariatu in civitare vel extra eccleſiam edificare volueritis ut omni occaſione remota illam edificetis, et promitto vobis veſtriſque ſucceſſoribus per me et per meos ſucceſſores auxiliumr et adjutorium impendere, et ſi mihi vel meis ſuceſſoribus extra veſtrum vicariatum in meo epiſcopatu eccleſiam edificare placuerit vos & veſtris ſucceſſoribus auxilium & adjutorium nobis impendatis, & iterum confirmo vobis veſtriſque ſucceſſoribus in perpetuum quicquid in veſtris cartulis vel in inſtrumentis legitur vel in futuro donatione vel teſtatione aquiſieritis ut ſine omni datione poſſideatis. Et hec omnia habeatis, & teneatis poſſideatis cum veſtris ſucceſſoribus in perpetuum ordinandi & diſponendi. Que omnia ſunt poſita in territorio *Ceſene*, & territorio *ravenne*, & territorio *Arimini*, in plebe Sancti *Petri* in *compoda*, & ſancti *angeli in ſaluse*, & ſancti *iohannis in ruſio*, & ſancte *Marie in bulgaria*, & ſancti *Martini* in *rubicone*, & ſancte *Marie* in *monte Leucbadi*, & ſancti *thome*, & ſancti *victoris*, & ſancti *mauri*, & ſancti *petri* in *ciſtino* & ſancte *marie* in *ronta*, & ſancti *Petri* in *cerreto*, & ſancta *agatha*. Pro eo quia noſtri epiſcopatus eccleſia divina celebrare offiria ſine intermiſſione debearis, id eſt matutina & veſpertina & Miſſarum Offitia & cetera que in eccleſia pro vivis ac defunctis ſunt agenda. Debeatis etiam orare aſſidue pro mea meorumque ſucceſsorum anima canere tres iſtos pſalmos *Miſerere mei Deus: Deus misereatur*; *Deur in adjuterium meum*; pro defunctis vero iſtos, *Miſerere mei Deus*; *Voce mea*: *Laudate dominum in ſanctis ejus*, eriam dictos pſalmos cum oratione Deo ſolvatis, & in die anniverſarii noſtri anticeſſorum, ſucceſsorumque noſtrorum integrum offitium mortuorum cum miſſa celebrare debeatis, & non liceat nobis noſtriſque ſucceſsoribus hec omnia que largiti ſumus per ullum modum abſtraere vel minuere, donec vos ſuperius diximus, veſtrique ſucceſſores in hac noſtra eccleſia deo fueritis ſervituri. Quod ſi quis hujus noſtre ordinationis et diſpoſitionis ſtatutum temerare preſumpſerit ſive nos ſive noſtri ſucceſſores tercentum decem et octo patrum anathemate percuſſi, trium librarnm auri vobis veſtriſque ſucceſsoribus dampnetur; Soluta pena hoc noſtre diſpoſitionis decretum noſtrum irrefragabiliter in perpetuum. Quod vero privilegium ego *Johannes Ceſenas* tabellio manu mea ſcripſi.

Ego *ODDO Ceſenas* Epiſcopus qui hoc fieri juſſi, manu mea firmavi.

Ego *Petrus turienſis* tabellio mandato domini *johannis* epiſcopi in eius preſentia et iſtorum teſtium, ſcilicet *Lianafi Saraceni de badolo*, *valentini*, & *rainutius guinizelli*, et in preſentia magiſtri *Letonis*, *Girardi de Guaſco*, et *Mathei* Canonicorum hoc privilegium confirmavi, et eidem ſubſcripſi.

Ego

Ego L... tabellio *sancti Archangeli* hoc privilegium ex veteri privilegio exemplavi nichil addens vel minuens dolo malo in presentia testium domini *zuzalini Ariminensis* presulis, presbyteri *petri*, Presbyteri *Petri vallis cave*, *Andree* cameratii, *Mathei* subdiaconi *Letonis* prepositi.

Porro quum Oddo *Caesenati* praeesset Ecclesiae hoc ab Alexandro III. diploma Canonici impetrarunt anno, ut ferunt, MCLIX.

Alexander Episcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis L. Preposito et Canonicis Cesenatis Ecclesie salutem et Apostolicam benedictionem. Ad hoc sumus licet immeriti ad universalis Ecclesie regimen providentia superne dispositionis assumpti ut pro Ecclesiarum statu pastorali sollicitudine debeamus satagere, et eas a malignorum incursibus defensare. Ea propter dilecti in Domino filii vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu canonicam vestram cum omnibus bonis et possessionibus suis, quas in presentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum justis modis prestante domino poterit adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti patrocinio communimus. Ad hec auctoritate Apostolica prohibemus, ne quis infra parochias Ecclesiarum, ex quibus decimas, et oblationes recipitis, Ecclesias absque assensu episcopi vestri et vestro edificare presumat. Illud etiam adicientes statuimus, ut si infra parochias ipsas de assensu eiusdem Episcopi ecclesiam construxeritis, Episcopus in nova Ecclesia non audeat plus exigere, quam nunc in populo pro quo eadem construeretur ecclesia habere dinoscitur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis, et constitutionis infringere, vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum ferentini III. Kal. Junii.

Ceterum *Oddonis* nostri in *Ravennatis* Archiepiscopatus tabulario mentio aliquot ante hoc diploma annis occurrit, annis scilicet 1149., & 1151.

XXXIX. LEONARDUS, quem Monachum Ordinis *Cisterciensis* fuisse refert auctor sæpe citatæ *chronologiæ*, *Oddoni* sufficitur. Hic anno 1175. in Ecclesia S. *Johannis Baptistæ*, *Letoni* ejusdem Ecclesiæ Præposito, ejusque fratribus nonnullas concessit Ecclesias, & communitates, ut latius patebit ex sequentibus, cujus originale extat in eodem Canonicorum Archivio iis verbis conceptum.

In nomine domini.

Anno eiusdem incarnationis 1175. temporibus *Frederici* gloriosissimi Imperatoris, et sanctissimi *Alexandri* summi Pontificis, et universalis Pape, die septimo mensis Novembris, ind. 8. in ecclesia sancti *Johannis Baptiste*. Diversa licet in se membra retineat ecclesia mater universalis, unica tamen est et ratione fidei, et operatione virtutis. Nam secundum Apostoli sententiam *in uno corpore diversa sunt membra, omnia autem non eundem actum habentia*, et in ecclesia diversi sunt ordines, ita quoque morum diverse sunt cogitationes. Sed dum ad unum caput, quod Christus est generaliter contrahuntur, vel referuntur. Constat Ecclesiam unum corpus esse, et in omnibus individuam proposito credulitatis, et dividuam officio conversationis, et ideo ego domnus *Leonardus* sancte *Cesenatis* Ecclesie episcopus tibi domno *Letoni* eiusdem ecclesie venerabili Preposito, tuisque fratribus, videlicet presbytero *Dominico*, presbytero *Bonofilio*, presbytero *Gerardo*, et magistro *Viviano* diacono, et per vos vestrisque fratribus, seu successoribus, qui canonico more ad serviendum nostre ecclesie congregati sunt permansuri in perpetuum. Trado, et confirmo vobis per huius nostri privilegii paginam quicquid ad presens videmini habere, et retinere, vel in futuro acquirere testatione, seu donatione, id est plebem integram sancti *Victoris*, que vocatur in *valle*, cum titulis et capellis, necnon oblationibus, et decimationibus, et aqua sancta, et uncionibus vivorum et mortuorum, cum terris, vineis, arbustis, arboribus, et cum omnibus suis pertinentiis. Insuper largimur vobis vestrisque successoribus in perpetuum omnes decimationes, et primitias, et testationes, et aquam sanctam totius vicariatus, qui incipitur a capite pontis *Sapis*, et quantum undique extenditur, in quibus testationibus mihi, meisque successoribus per fidem boni esse, et beatis vos, vestrisque successores. Concedimus quoque vobis fundum unum integrum qui vocatur *quadraginta*, quem vos domnicatum habetis, et ex parte colonicarum. Concedimus vobis alium fundum integrum, qui vocatur *casa riveria* cum omnibus sibi pertinentibus ab uno latere fundus, qui vocatur *Sandrianus*, ab alio latere fundus, qui vocatur *Casa Firmola*, et *Zutina*, a tertio latere fundus, qui vocatur *domicilius*, a quarto latere fundus, qui vocatur *Ranzanus*, et quidquid habetis et detinetis in *Casale*, et in *aquarola*, et in *compoda*, et in *carsisi*, et in *soriva*, et in *campo longo*, et in *casa mazo*, et in *clusa*. Item concedo vobis, vestrisque successoribus campum unum domnicatum, et molendinum unum in rivo *cesenule*, cum *ponzada* quam *Johannes Falcon* vobis dedit, et cum omnibus sibi pertinentibus, et cum duobus hortis unum ab una parte, et alium ab alia parte *cesinule*. Itemque largior vobis, vestrisque fratribus vel successoribus ecclesiam sancti *Martini* prope pontem fluminis, et ecclesiam sancti *Luce*, et ecclesiam sancti *Joannis Evangeliste*, cum omnibus sibi pertinentibus, et ecclesiam sancti *Severi*, et sancti *Geminiani* cum omnibus sibi pertinentibus, utreque sunt posite in fundo *noceto*. Item concedo vobis ecclesiam sancti *Laurentii*, et *Zenonis* in fundo *calanco*, cum omnibus suis pertinentiis, et cum omnibus rebus, que predicte ecclesie in eodem fundo pertinent, videlicet campum domnicatum et vinealem et ortum et aream tam domnicatam quam etiam colonicata, et fundum unum integrum qui vocatur *monte*, et alium fundum integrum, qui vocatur *offiliano* positum in plebe sancti *Victoris* in *valle*, et medietatem de fundo integro, qui vocatur *casa summola* in plebe sancti *Petri* in *cistino*, et tres canterios terre in fundo *fontanelle*. Largior quoque vobis ecclesiam sancti *Stevani* in fundo *pocolo* cum omnibus sibi pertinentibus, et ecclesiam sancti *Petri* in *Strata*, in fundo, qui vocatur *turricela*, cum vinea domnicata, et cum omnibus suis possessionibus positis in suprascripto fundo, et unam clausuram in campo *Batintorio*,

et

et campum unum domnicatum in campo *cauci*, cum aliis omnibus poſſeſſionibus vobis pertinentibus, et que habetis, et detinetis in *campilano*, et in *Polberaria*, et in *Sozano*, necnon eccleſiam ſancti *vitalis*, cum omnibus ſibi pertinentibns in fundo *Soſantulo*, cum campo domnicato quem *Gadda* in eodem ſundo reliquit vobis, et quicquid habetis, et detinetis in *petola*, et in *pinpiolo*, et in *auriolo*, et quod *Papi* quondam detinuerunt in *Polberaria*. Inſuper quoque largior vobis eccleſiam ſancti *Egybdii* in fundo *Caſtagnetula*, cum omnibus ſibi pertinentibus, et campum unum domnicatum, quem vobis dedit *Ildeprandus de Maſcaro* in eodem fundo, et quod detinetis in *Radiclata*, et unam vineam domnicatam quam habetis in *peroſſo*, et eccleſiam ſancti *Bartholomei*, cum omnibus ſibi pertinentibus in fundo..... et quod derinebat *Joannes Bonus* in fundo in *ducentula*, vel alibi, et quod detinuit *Ugo de Cepucia*, eum frarribus ſuis in *Bauzano*, vel ſi in aliis conſiſtit, et quod detinet *Martinus* de *Nicolo* in eodem fundo *Bauzano*, et quod detineris in *plonlistola*, et vineam domnicatam, quam vobis reliquit *Bruſabarra* in eodem fundo, et quod detinet veſtro jure *Rambertellus* in eodem ſundo, et quicquid habetis in *Lugagnano*, et in *Sarturano*, et in villa *ruſtica*, et in *Curſiliano*, et in *Ulmita*. Item largior vobis, veſtriſque ſucceſſoribus Eccleſiam ſancti *Benedicti* in fundo *viſano*, cum omnibus ſibi pertinentibus, et quod detinetis, vel alii per vos detinent in *caſa roſaria*, et in *ponte*, et quod detineris in *monte Albano* et in *Molezaula* et in curte ſancti *Zacharie*, et quod detinetis in *frata* quod vobis obvenit a *Maria Joannis Druneſto*, et quod detinet *Petrus Muſarius* eum ſuis conſortibus, et quod detinet etiam veſtro jure *Trillus* in *progeta* vel alibi. Et quod *Marotta* uxor quondam *Redulfi Ingonis* vobis pro anima ſua dedit in loco qui vocatur *vico*, et quod *Leo* Clericus cum ſuis conſortibus, et filii *ingoli*, et *Arardus* de *Zemma* cum ſuis conſortibus habet, et tenet in loco, qui vocatut *Ruffus*, et quod in eodem loco *Piron* de *Achita* eum ſuis conſoitibus habet, ac detinet, et quinquaginta tornaturias terre in *Androna*, quas veſtro jure detinet *Jacobus Fantole*, et *Carboncellus*, et *Rodelindi* eum eorum conſortibus, et concedo vobis pratum veſtrum domnicatum in regione ſancti *Pellegrini*, et quod detinet veſtro jure *Joannes* de *Picivaga* in curte ſancti *Theodori*, et duodecim tornaturas terre in *Gaibonela*, quas in ſupraſcripta canonica pro anima ſua *Aldebrandus Zugaldus* ſimiliter vobis dedit in *Gasolino* maiore et minote, et in *monte*, et viginti tornaturas in *maritima* quas vobis dedit *mozolinus*, et unum canterium terre quem vobis *Morota Petri* de *Bulgaro* dedit in *collore*, et quod detinuit *Andrea Tebaldus* jure quondam *Gerardi Falconarii* in fundo *Juliani*, vel alibi, et duas petias terre, quas veſtro jure derinet *Thebaldus*, et quod ipſemet per vos laboravit in ſundo .... et quod *Mainardus*, et nepos ejus veſtro jure detinet in campo *Artizzo*, et quod in eodem loco detinet *Martocius* cum parentibus ſuis, et ſex tornaturas terre in *collore*, quas dedit vobis *Petrus Rigonis*, et ſunt domnicate, et *Gerardus Celenda* veſtro jure detinet cum ſuis conſortibus in ſundis diverſis in plebe *ronte*, et quod habuit et detinuit *Garganellus* iure *Petri Rigize*, et ipſe et uxor eius dedit in ſupraſcripta canonica in fundo... et unam vineam domnicatam quam *Gerardus Mazulini* vobis dedit in *Rontola*. Et quod *Micolus Pirondi* et *concola* veſtro jure detinuerunt in eodem loco, et quod veſtro jure detinuit *Dominicus Segalare*, et filii *Redolfi* de *landis in Sandalo*, et quod *Martinus Caput cottus* habuit, et detinuit veſtro jure in ſundo *herboſa* vel alibi, et quod *Clarci* detinuerunt jure quondam *Bruſabarre* in fundo *quarantole*, vel alibi, vel quod *Guinizo Maynardus* habuit, et detinuit veſtio jure in *cagniano*, et unam petiam terre, et vinee quam *Alegrettus* presbyteri *Andree* habuit veſtro jure in vinea ſua de *cagniano*, et filii *Gerardi Stevoli*, et *Foſculus piſcivindulus* habet veſtro jure in fundo, et quod *Petrus Adrianus* habuit jure veſtre canonice in fundo *flumine mortuo*, vel alibi, quod *Joannes* de *Blanco* detinuit veſtro jure in *Barbalbio*, *et* quod *Scorzo* et *Salicus* detinuit et veſtro jure in *Verticlino*. Item concedo vobis, veſtriſque ſucceſſoribus medietatem de ſundo integro quod vocatur *vigo malo*, et quod *Ugolinus Almerici* pro anima ſua dedir in ſupraſcripta canonica in *Roſoliso*, ſcilicet vineam domnicatam, et campum, et quod heredes *dominici* de *Gerardo* veſtro jure in eodem ſundo detinent, et quod *Petrus* de *Bonifilda* veſtro jure detinet in *Canucio*, et omne hoc quod *marotta Petri* de *Bulgaro* vobis dedit in eodem loco, et quod *Emilda Berarda* veſtro jure detinuit in *flumine mortuo*, et in ſ. l. *ficlina*. Item confirmo vobis veſtriſque ſucceſſoribus ſex uncias terre in fundo *Barciliano* territorii *Saxenatis* in plebe ſancte *Marie* maioris et medietatem de fundo qui vocatur *marignani* in plebe ſancti *Joannis* in *compoda*, et concedo vobis unam manſionem, quam veſtro jure detinent heredes quondam *Petri Buccamucci* in burgo *Ceſene*, et quod veſtro jure detinuit *Roierius Jacolini* in ſundo *troa*, et manſionem *Caligariorum* cum curte eorum, et quod eodem iure detinuit *Tedelgardus*, et quod filii *Ardoli* de *Burgolo*, et filii *Alberti Brilli*, et *Petrus Guitto*, et filii *Petri Belucii* cum conſortibus habuerunt et detinerunt in burgo *Ceſene*, *Pelochinus* habet et detinet in burgo *Ceſene* a ſemita uſque ad *Ceſiulam*, et manſionem unam in vinea *saliata*, quam iure filiorum *Boſtoldi* detinet *peccatore*, a duobus lateribus vie percurrentes, a tertio latere filii *Beſtoldi*, a quarlatere *Petrus Bagniſe*, et quod *Petrus* de *Lavalle* in ſupraſcripta canonica, in plebe ſancti *Petri* in *ciſtino*, et quod veſtro iure detinet *Redolfus Binelli* in fundo, qui vocatur *montale* vel alibi. Largior inſuper vobis veſtriſque conſortibus per me et per meos ſucceſſores in perpetuum poteſtatem, ſi ullo in tempore in veſtro vicariatu, in civitate vel extra eccleſiam ſacere volueritis, ut omni occaſione remota illam edificetis, et promitto vobis veſtriſque ſueceſſoribus per me, et per meos ſucceſſores auxilium et adiutorium impendere. Et ſi mihi, vel meis ſucceſſoribus extra veſtrum vicariatum in meo Epiſcopatu Eccleſiam edificare placuerit, vos et veſtri ſucceſſores auxilium et adiutorium nobis impendatis. Et iterum concedo confirmo veſtriſque ſucceſſoribns in perpetuum quicquid in veſtris cartulis, vel inſtrumenris legirur, vel in futuro donatione, vel teſtarione acquiſieritis, ut ſine omni datione poſſideatis. Et hec omnia habeatis, teneatis poſſideatis cum veſtris fratribus, et ſucceſſoribus in perpetuum ordinandi, et diſponendi omnia poſita ſunt territorio *Ceſene*, et territorio *Ravenne*, et territorio *Arimini*, in plebe ſancti *Petri* in *compoda*, et ſancti *Angeli* in *Saluse*, et ſancti *Joannes* in *Ruffio*, et ſancte *Marie* in *Bulgaria*, et ſancti *Martini* in *Rubicone*, et ſancti *thomei Apoſtoli*, et ſancte *Marie Montis Laochadii*, et ſancti *Victoris*, et ſancti *Mauri*, et ſancti *Petri* in *ciſtino*, et ſancte *Marie in Ronta*, et ſancti *Petri* in *Ceveto*, et ſancte *Agathe*. Pro eo quia in Eccleſia noſtri Epiſcopatus divina celebrare officia ſine intermiſſione debeatis, id eſt matutina et veſpertina, et miſſarum officia, et cetera que in Eccleſia pro vivis, et defunctis ſunt agenda. Debeatis et orare aſſidue pro mea, meorumque ſucceſſorum anima canere iſtos tres ſpalmos: *Miſere mei Deus: Deus miſereatur noſtri; & Deus in adiutorium*. Pro defunctis vero iſtos: *Miſerere mei Deus, vocem meam, Laudate Dominum in ſanctis eius*, et jam dictos ſpalmos cum oratione Deo ſolvatis. Et in die anniverſarii noſtri, Anteceſſorum, Succeſſorumque noſtrorum integrum officium mortuorum cum miſſa celebrare debeatis. Et non liceat nobis, noſtriſque ſucceſſoribus ea que largiti ſumus per ullum modum abſtrahere, vel minuere, donec vos ſicut ſuperius diximus

ximus, veftrique fucceffores in hac noftra Ecclefia Deo fueritis ferrituri. Quod fi quis huius noftre ordinationis et difpofitionis ftatutum temmerare prefumpferit, five nos, five noftri fucceffores tercentum decem et octo patrum anathemate percuffi, trium librarum auri vobis veftrifque fucceforibus dampnetur. Solutaque pena hoc noftre difpofitionis decretum maneat irrefragabiliter in perpetuum. Quod vero inftrumentum privilegii

Ego *Petrus Turrienfis Cefenas* tabellio mandato fupradicti Epifcopi manu mea fcripfi, et abfolvi.

Ego *Leonardus* Epifcopus in hoc privilegio a me facto fubfcripfi.

Ego *Gauzolus* judex his omnibus interfui, et teftis rogatus fubfcripfi.

Ego *Ugo bonus* teftis rogatus fubfcripfi.

Ego presbyter *Andreas* teftis fubfcripfi.

Ego *Fulcerius Cefenas* tabellio hoc privilegium exemplavi nihil addens vel minuens dolo malo in prefeneia domni *Leonis* prepofiti et presbyteri *Dominici*, et magiftri *Viviani*, et *Alberti* Subdiaconi et *Stulti*.

Interfuit *Leonardus Lateranenfi* Concilio fub *Alexandro tertio* anno 1179. (1) de eo Rubeus ad ann. 1182. pauloque poft e rivis exceffit. Porro eo fedente *Alexander tertius* Canonicis *Cæfenatibus* conceffit fequens diploma, quod extat in eorum Archivio.

Alexander Epifcopus Servus Servorum Dei Dilectis filiis Canonicis *Cefenatis* Ecclefie falutem, & apoftolicam benedictionem.

Juftis petentium defideriis dignum eft nos facilem prebere confenfum et vota, que a rationis tramite non difcordant effectu profequente & complere. Ea propter dilecti in Domino filii veftris iuftis poftulationibus grato concurrentes affenfu privilegia, que vobis *Cefenates* Epifcopi rationabiliter indulfiffe nofcuntur, Auctoritate vobis Apoftolica confirmamus, et rata manere fancimus, ftatuentes ut nulli omnino liceat hanc paginam noftre confirmationis infringere &c. Si quis &c. Datum *Laterani* fecundo nonas Novembris. (2)

A D D I T I O.

(1) Apud Harduinum tom. VI. Concil. p. 2. pag. 2058.

(2) *Gerardo* Archiepifcopo *Ravennati*, *Alexandro Livienfi*, *LEONARDO Caefenati*, ceterifque *Ravennati* Archiepifcopo fubiectis Epifcopis, *Guillelmo* Abbati fancti *Apollinaris* in *Claffe*, & aliis eidem Archiepifcopo fubditis Praefulibus *Fridericus* Imperator conceffit anno MCLXXVII. Rubeo tefte lib. VI. p. 352. ne ad operam quampiam (*angarias & parangarias* appellat,) & alia hujufmodi ab aliquo, etiam Caefaris internuncio, praeter ea, quae ad pia opera ex legibus decreta funt, cogi aliqua ratione poffent; idque teftatum voluit fuo *diplomate* lato in comitatu *Auximi* apud *Caftrum Cafarola* anno ab Incarnatione MCLXXVII. Indictione undecima mutata Septembri, tertio nonas Decembris. Ceterum eo ipfo anno MCLXXVII. *Leonardus* fe *Gerardo Ravennati* Archiepifcopo focium addiderat *Ferrariam* petenti, ut *Alexandro III. Venetiis* redeunti pacem cum *Friderico* initam gratularetur, quemadmodum ex *Caefenati* m. f. Chronico narrat Brafchius *Memor. Caefen.* cap. XVIII. p. 206

Leonardi porro temporibus, an. fcilicet MCLXXXI. *Caefenatibus* Canonicis a *Lucio* III. R. P. hujufmodi conceffum privilegium reperio.

Lucius Epifcopus Servus Servorum Dei Dilectis filiis, *Leto* Prepofito et Canonicis *Cefenatibus* falutem et Apoftolicam benedictionem. Dignum eft et rationi conveniens, ut devotos ecclefie filios fpecialiter amplectamur in vifceribus caritatis, & paci eorum pro noftri officii debito efficaciter intendamus. Hac itaque ratione inducti Ecclefiam veftram, cum omnibus que imprefentiarum rationabiliter poffidet, vel in futurum iuftis modis preftante domino poterit adipifci, fub beati Petri et noftra protectione fufcipimus. Specialiter autem poffeffiones omnes & redditus, & quecumque nunc legitime pacificeque tenetis vobis & fuccefforibus veftris auctoritate apoftolica confirmamus, & prefentis fcripti patrocinio communimus. Ad hec prefentium auctoritate ftatuimus ne infra terminos Ecclefiarum veftrarum quifquam Ecclefiam vel Oratorium abfque affenfu Epifcopi diocefani & veftro edificare prefumat. Salvis tamen privilegiis Romane Ecclefie. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noftre protectionis & confirmationis infringere, vel ei aufu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare prefumpferit, indignationem Omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoftolorum eius fe noverit incurfurum. Datum *Velletri* XV. Kal. Augufti.

Anno MCLXXXV. in vivis etiam tum erat *Leonardus*; hoc enim anno *Fridericus* Imperator ipfum ceterofque in indicato anni MCLXXVII. diplomate memoratos novo inftruxit diplomate. Illud recitant ex *Bononienfi S. Chriftinae* chartulario clariff. *Annalium Camaldulenfium* Editores in Appendice t. IV. col. 124. Monuerant

 autem

autem ejus tomi p. 112. Willelmum Abbatem *S. Apollinaris* iam tum obiiſſe ſuffecto in eius locum *Berardo*, ideo autem retentum facile in *Fridericiano* diplomate *Willelmi* nomen, *quia primitus ipſi una cum ceteris Ravennatibus Abbatibus conceſſum fuerat anno* 1177 *privilegium imperiale*. Malem ego *Willelmi* nomen in diplomate ſervatum, quod eius nomen adſcriptum cum ceteris fuerit *Gerardi* Archiepiſcopi, ceterorumque libello ſupplici, quo privilegium ab Imperatore poſtulaverant; mortuum porro *Willelmum* antequam *Fridericus* expetitum diploma daret. Ceterum en ipſum diploma.

FREDERICUS Dei gratia Romanorum Imperator, & ſemper Auguſtus, dilectiſſimo & ſuo fideli Principi G.... Ravennatis eccleſiæ archiepiſcopo, Alexandro Livienſi, Leonardo Ceſenati Epiſcopis, & omnibus Ravennatis eccleſiæ ſuffraganeis, Willelmo Abbati Sancti Apollinaris in Claſſe, ceteriſque abbatibus, atque prelatis, & omnibus Clericis tam in Ravenna, quam in Archiepiſcopatu conſtitutis gratiam ſuam, & bonam voluntatem. Sollicitati plurimum, atque inducti precibus & ſupplicationibus veſtris, id, quod conceſſum eſt a ſacris canonibus & venerandis Romanorum principum legibus, nos quoque imperiali clementia vobis predictis perſonis, omnibus eccleſiis venerabilibus, atque piis locis, & univerſis eccleſiaſticis perſonis, tam in Ravenna quam in archiepiſcopatu, Romania, atque marchia ad vos pertinentibus conſtitutis, amore Dei, & ſalute Imperii pro remedio etiam anime noſtre indulgemus: videlicet ut ipſe eccleſie & earum comunitates per circuitum gaudeant privilegiis per ſacros canones & venerandas Romanorum principum leges ſibi indultis, & qui in eas commiſerit, penas ſubeat a canonibus, & legibus prefixas; perſone quoque eccleſiaſtice plena gaudeant atque fruantur libertate, & pace. Videlicet ut nec ad angarias vel perangarias vel alias operas per aliquem etiam noſtrum miſſum, aliamve maiorem ſeu minorem perſonam, preter ea, que ad pia opera per canones & leges ſunt deputata, ullo modo cogantur. De ſuis quoque domicultibus, id eſt que ſuis propriis laboribus & per suas ſamilias excolunt, nichil omnino preſtare compellant.. per aliquam a nobis miſſam vel mittendam alicui juriſdictioni perſonam prepoſitam vel preponendam maiorem minoremve, nec per marchionem, vel Ducem, nec per comitem, capitaneum, vel valvaſorem, nec per Civitates aut conſules Civitatum, nec per neſticos vel aliquam comunitatem vel ſingularitatem, ſed nec aliquam collectam vel exactionem quocumque nomine cenſeatur, vel oſpitationes per aliquem vel aliquos predictorum inviti preparare cogantur. Sui autem homines tam in Romania, quam in Marchia ſive in Caſtris, ſive in Villis habitent iuriſdictioni ſuorum dominorum ſive inter ſe agant, ſive conveniantur ab aliis omnino ſubjiciantur. Si vero ipſi alios conveniunt, ſub eorum dominio agant, ita ut... ſemper ſorum rei ſequatur. Fodrum quoque alternis annis, qui unum jugum boum habuerit, duodecim Lucenſes tantum, qui autem duo juga XVIII., qui vero tria cum quibus araverit duos ſoldos & ſic deinceps pro ſe & famulis ſuis perſolvat. Qui vero unum ſolum bovem cum quo aret, habuerit, VI denarios pro ſe & familia ſua tribuat. Qui autem manibus tantum operatur vel alia opera exercet, IIII. denarios ſimiliter pro ſe & ſamilia ſua perſolvat; omni alia exactione quocumque nomine cenſetur penitus ceſſante. Si quis vero tam pia noſtra ſtatuta violare temptaverit ſi marchio eſt vel Civitas vel magnum Caſtrum in X. libras auri ſeriatur, medietate Camere noſtre & medietate predicto Archiepiſcopo, & aliis prenominatis inferenda. Si vero Comes fuerit in tribus libris auri ſeriatur, Capitaneus autem, & minimum Caſtrum vel communitas in duas, valvaſores vero in unam puniantur. Civis autem Caſtellanus vel ruſticus quarta parte ſuorum mobilium ſimiliter ſeriatur. Addicimus autem, ut ſi quando prenominatus archiepiſcopus vel alii predicti ſeu eorum homines coram noſtris judicibus vel eis, quos alicui juriſdictioni preficimus, agant vel conveniantur, ſive cauſam amittant ſive in ea obtineant, pro libra noſtris judicibus & poteſtatibus non niſi XII. denarios perſolvant, & infra XI. dies eorum cauſe decidantur, niſi maiores inducias propter al..... teſtium vel inſtrumentorum cauſa poſtulaverit, & ſtatim executioni mandetur, & quod judicatum fuerit, niſi apellatione ſuſpendatur, firmiſſime teneatur. Statuen.... indiſſolubiliter, ut ſi quis aliquis homo ſepedicti archiepiſcopi & aliorum predictorum ſine herede, & ab inteſtato deceſſerit, eſtantibus agnatis vel cognatis, non filius, ſed agnati vel cognati ſecundum voluntatem ſui domini ſuccedant. Si autem agnati vel cognati vel eorum domini non extiterint, fiſcus ſuccedat. Adnectimus etiam nimia & inſtanti ſupplicatione antedicti venerabilis, & kariſſimi principis noſtri archiepiſcopi & eius fratrum devicti, ut ſi quis clericus vel laicus, qui etiam ad ipſos non pertineat, ſimilia predictis ſecundum conſilium ipſius archiepiſcopi, & fratrum eius nobis facere voluerit, ſimili libertate fruatur. Hoc autem ſtatutum non ad gravamen ſponte ſuſcipientium, ſed ad commodum eorum indulgemus. Quicumque vero hoc noſtrum ſtatutum violare preſumpſerit pro pena X. libras auri componat, medietatem nobis, & medietatem injuriam paſſis r

Datum apud Caſtellaranum
M. C LXXXV. indictione tercia
II Idus *Marcii*.

XL. LETO ex Præpoſito *Cæſenatenſis* Eccleſiæ in demortui *Leonardi* loco præficitur circa an. 1186. eo enim ipſo anno *Ugoni* Præpoſito Cathedralis, cæteriſque Clericis liberaliter confirmavit omnia ea, quæ a *Leonardo* anteceſſore in ſupra relato documento deſcripta ſunt, donationis diploma datum in *dormitorio Canonicorum Cæſenatis* Eccleſiæ die 13. Martii indictione quarta aſſervatur in archivio Canonicorum, cui ſubſcriptus videtur idem Epiſcopus hiſce verbis.

Ego

Ego Leto Episcopus suprascripte concessioni & confirmationi a me facte subscripsi.

Testes interfuere presbyter *Paganus*, *Ugolinus*, Villicus Episcopi, *Capitellus*, *Brunetus* Sacristanus, *Andreas* Nepos Episcopi. *Coversus* Cesene *tabellio* scripsit, complevit, & absolvit. Obiit *Leto* circa annum 1207.

XLI. ODDO secundus *Letoni* immediate succeslit 1207. Hic *Letonis* privilegium Canonicis confirmavit, ampliavitque an. 1208. de eo Rub. lib. *6.* (1) vixit usque ad annum 1223. & eo amplius. Pontifex *Honorius* III. illum judicem delegavit vertentis per id tempus causæ inter Abbatem Sanctæ *Mariæ Faventiæ*, Episcopumque *Forolivienſem*, ut vidimus in antiquis monumentis ejusdem Abbatiæ. (2)

ADDITIO.

(1) In Annalibus Camaldulen. t. IV. p. 210. legere est *Engelhardum Caesenatem* Episcopum an. MCCIX. testem fuisse imperialis diplomatis, quo *Otto* IV. eremum & Congregationem *Camaldulensem* donavit. Verum eo anno nullus *Engelhardo* locus in *Caesenatibus* Episcopis esse potuit, quum *ODDO* tunc temporis hanc Ecclesiam regeret. Itaque nullus dubito, quin *Engelhardus* iste *Cesinensis Ecclesiae* Episcopus ad aliam spectet Ecclesiam, ac fortasse *Cenetensem*, ex qua legentium fortassis aberratione *Cesinensis* prodierit. Enimvero ut in Ravennatis Archiepiscopatus archivo videre est, *ODDO* an. 1210. cum *Nicolao Faventino* Episcopo *Cerviam* lata sententia *Ravennati* Archiepiscopo adjudicavit. Anno vero MCCXIII. Ravennae interfuit alii Episcoporum conventui, in quo *Joachim* a Censuris absolutus fuit.

(2) Contigit id anno 1221. Confer Annales *Camaldulenses* T. IV. p. 275. Eodem anno *ODDO* Episcopus, & *Guido* Prior Camaldulensis, & *Ugutio* prior Eremi novae, & *Justus* Rector Ecclesiae *Sancti Petri de Rovereto* dioecesis *Caesinatis*, simul convenerunt (quod in iisdem annalibus legitur p. 276.) ut dicta Ecclesia seu hospitale *Sancti Petri* regeretur per Monachos *Camaldulenses*, cujus rector eligeretur a priore *Eremi novae* infra duos menses, & electus infra quindecim dies se in conspectum daret Episcopi, acceptaque ab eo facultate administraret, & subjaceret correctioni prioris *Camaldulensis*, vel *Eremi novae*. Si autem intra spatium duorum mensium neglecta foret correctio tunc haec spectaret ad Episcopum, qui Rectorem visitare fas haberet. Porro anno 1222. *Oddone* nostro *Ubertello Foro-popiliensi*, & *Rustico Cerviense* inspectantibus, atque adsentientibus *Simeon Ravennas* Archiepiscopus in divi *Apollinaris Classensi* Basilica sacris interdixit incolas *Castri Montis boarii*, quod erat in *Foro popiliensi* dioecesi, ut narrat Rubeus lib. VI. p. 386. Alia de *Oddone* ex eodem Rubeo narrat *Braschius in Memoriis Caesenatibus cap. XX. p.* 227.

XLII. MANZINUS cujus meminit *Rubeus* an. 1234. (1) Hic an. 1258. concessit Fratri *Alberto de Faventia* potestatem ædificandi Monasterium Fratribus minoribus in Civitate *Cæsenæ* in contrata *trave* in possessione dicti Episcopatus censuali, quam confirmavit Alexander IV. dat. Lateran. 3. Id. Febr. Pontif. pr. (2). *Manzinus* vero antecessorum suorum donationes Canonicis suæ Ecclesiæ dilargitas & ipse firmavit an. 1233. die 16. Maii. (3) decessit an. 1258. (4)

(1) Fuerat is *Ravennatis* Ecclesiae Praepositus, atque an. 1232. ad *Caesenatis* Ecclesiae regimen admotus est; quod *Ravennatis* Archiepiscopatus monumenta nos docent.

(2) Alexander IV. diploma non anno *primo*, ut hic dicitur, neque anno ejus *septimo*, ut legere est in *Petri Rodulphi Historia Seraphica lib. II. fol. 269.* sed anno tertio datum est, ut ex ejus exemplo constat apud *Claramontium* edito lib. IX. p. 343. Verum ea *Manzini* Episcopi concessio ad an. 1250. quo a *Rodulphio* rectissime consignatur, spectat; minime vero ad annum 1258. in quem eam *Ughellius* post *Claramontium* contulit. Nempe videbimus, *Michaelem* anno jam 1255. fuisse *Manzino* suffectum. Equidem in *Manzini* instrumento, quod *Alexander* suo illi diplomati integrum adscripsit, annus 1258. legitur. At annus ille vel ex amanuensis imperitia in diploma, vel ex legentium aberratione in *Claramontii* librum profecto irrepsit. Nam instrumentum dicitur *intrante indictione octava* confectum; octava autem indictio annum designat 1250. quum anno 1258. prima indictio decurreret. Praeterea annus *Alexandri* IV. tertius anno 1257. a die XII. vel saltem 25. Decembris coeperat; si igitur anno tertio sui Pontificatus tertio Idus Februarii *Alexander* diploma dedit, anno 1258. tertio Idus Februarii *Manzini* concessionem sua auctoritate munivit; quomodo autem tertio Idus Februarii anno 1258. potuisset *Alexander* donationem confirmare, quae ipso illo anno Domini 1258. *die Maii* ut in ipso instrumento dicitur, fuerat primum a *Manzino* profecta? Restituatur in instrumento annus 1250. omnia belle procedent.

(3) Alia de *Manzino* refert *Braschius in Mem. Caesen. cap. XX. pag. 229.* his verbis; „ eodemque anno (1233) apud Prætorem, Senatumque *Cæsenatem* sua interposuit officia, ut quibusdam subditis temporalibus Archiepiscopi *Ravennatis* daretur salvus conductus pro libero accessu, & recessu ab Urbe nostra. Deputatus fuit quoque una cum *Bernardo* Præposito Cathedralis a *Gregorio* Papa IX. Judex Apostolicus in causa, quam inter se agitabant Episcopus *Pisaurensis*, & Abbas Cænobii *S. Rufilli*. Adhuc & huic nostro Antistiti, necnon Episcopo *Foro-semproniensi* an. 1243. *Innocentius* Papa IV. commisit, ut *Thaddæum* comitem *Feretranum* privarent bonis Ecclesiasticis. Denique anno 1248. judiciale monitorium transmisit *Ariminensibus*, ne molestiis afficerent Archiepiscopum, aut Ecclesiam *Ravennatem*. Quae ex *Rubeo Claramontio*, & ms. *Cæsenate* Chronico pleraque sumpta sunt.

(4) Immo vero 1255. ut mox in *Michaele* docebimus.

XLIII. MICHAEL electus eodem anno 1258. quo *Manzinus* decesserat (1). Hic statim sequenti anno in Canonicos suos liberalis, & munificus fuit; quippe qui eorum capitulo in perpetuum confirmavit omnia bona, & jura, quæ *Leonardus* aliique Episcopi sui antecessores eidem concesserant. Documentum originale vidimus, quod eisdem omnino verbis constat cum illo, quod supra retulimus a *Leonardo* concessum; tantum ad calcem concessionis addidit, quæ sequuntur verba: *Item largior, & concedo, & confirmo vobis, vestrisque successoribus in perpetuum tres charitativas comestiones quas habere consuevistis in anno; scilicet in nativitate domini, in pascate Resurrectionis, & in festo beati Johannis Baptiste.* Statimque sequitur subscriptio notarii in hunc modum. Ego *Leonardus Timidei Ziche notarius prædictis omnibus presens fui; & mandato domini episcopi supradicti qui supra leguntur subscripsi & publicavi*. Nulla alia inscriptio neque Episcopi, nec aliorum ibi prostat legentibus. Donationis verò initium sic se habet.

In

In nomine patris & filii et ſpiritus ſancti amen. Anno domini 1259. indict. 2. die 14. intrante madio ceſene in domo epiſcopatus preſentibus presbytero Petro de Lovoleto Bononienſis dioceſis fratre Bartholomeo *Capelano domini Epiſcopi*, fratre *Bene* Leoncello, & Ferrarino ſervientibus domini Epiſcopi ad hec teſtibus convocatis. Ego Michael Epiſcopus ſancte Eccleſie Ceſenatis vobis domino Ugolino, Bartholino, Michelino *presbytero*, Jacobo, Erro, & Ugolinuccio canonicis eiuſdem Eccleſie, recipientibus pro vobis, veſtrilque confratribus atque ſucceſſoribus ad ſerviendum eccleſie canonice congregatis et congregrandis in perpetuum concedo, trado, & confirmo per hujus privilegii paginam, quidquid ad preſens videmini habere & tenere vel in futuro acquirere teſtatione ſeu donatione, id eſt plebem integram S. *Victoris* que vocatur in *valle*, & eccleſiam S. *Martini* prope pontem fluminis, eccleſiam ſancti *Luce*, et ſancti *Fortunati*, eccleſiam ſancti *Joannis Evangeliſte*, Eccleſiam ſancti *Severi*, eccleſiam ſancti *Geminiani* de ſundo *Noceti*, eccleſiam ſancti *Stephani* in fundo *puzolo*, eccleſiam ſancti *petri* in *ſtrata* in fundo, qui vocatur *turricla* &c. eccleſiam ſancti *Egidii* in fundo *caſtagnetula*, eccleſiam ſancti *Bartholomei* in fundo *vazano*, eccleſiam ſancti *Vitalis* in fundo *Seſatola*, et eccleſiam ſancti *Benedicti* in fundo *viſani*, eccleſiam ſancti *aneſtaſii*, eccleſiam de *rodenclada*, & eccleſiam ſancti *Nicolai de Berleta* cum pertinentiis ſuis, ſalvo tamen jure monaſterii ſancte Marie de porta *Ravennate*, eccleſiam crucis marmoris cum terreno ubi eſt edificata, & domus conſtructa, & cimiterium, & penſionem octo denariorum, quam pro terreno in quo fundata eſt ipſa Eccleſia, & domus ipſius Eccleſie &c.

A D D I T I O,

(1) 1255. non 1258. Etenim anno 1255. in locum *Philippi* electum fuiſſe Abbatem S. *Zenonis Petrum* eiuſque electionem a *Martino* Priore in Urbe *Bononienſi* examinatam die *XXII. Septembris* praeſente inter caeteros *Michaele electo Caeſenate* docent Annales Camald. ad eum an. T. V. pag. 24. Eo autem anno 1258. (ut pauca addam ex *Ravennatis* Eccleſiae tabulario deprompta) *Michael*, & *Alberti Mutinenſis* Epiſcopi, ac Pontificis delegati juſſione, *Jacobo Rangonio*, aliiſque *Ariminenſibus* mandavit, ut injuriis *Ravennati* Eccleſiae per ipſos illatis intra menſem ſatisfacerent. Deinde anno 1261. Provinciale, quod ob *Tartarorum* incurſiones Ravennae celebratum fuit, Concilium adiit. Fuiſſe autem Michaelem ex ordine Regulari, atque adeo, ut equidem ſuſpicor ex Franciſcana Familia, ad Caeſenatem Eccleſiam evectum docet ejus ſigillum, quod (ut me per litteras docuit doctiſſimus, ac dum viveret mihi amiciſſimus Auximatium Antiſtes *Pompejus Campagnonus*) olim apud minores Conventuales ſervabatur. In eo enim haec legerat S. FR. MICHAELIS EPISCOPUS CESENE

XLIV. FR. FRANCISCUS Ord. *Præd.* ad hanc Eccleſiam aſſumptus legitur apud Jo. *Michaelem Pium de viris illuſtr. Ord. Præd.*, & apud auctorem ſæpe citatæ *chronologiæ* an. 1263. ſed cum nulla in *Regeſt. vaticanis*, aliiſque monumentis mentio habeatur fides apud ipſos eſto. *Ughel.*

Altamura in Bibliotheca Dominicana erranter aſſerit hunc *Franciſcum* interfuiſſe Concilio *Lugdunenſi* II. Tunc enim in *Cæſenat.* Cathedra ſedebat ſequens *Honerardus*, vel ſaltem *Aymericus*. Coletus.

A D D I T I O.

Franciſcum Caeſenati Eccleſiae praefuiſſe non eſt cur dubitemus. Confer Bremondii Bullarium Dominicanum part. 7. pag. 448. & Annales Camaldulenſes Tom. V. pag. 73.

XLV. HONERARDUS (1) de Saxonia Cæſenæ Epiſcopus anno 1270. (2). Hic ab adverſariis pertuliſſe indigna, aſperaque narratur (3), animo tamen magno, infractoque, ut cum ſacri belli claſſicum inſonuiſſet, ſuccintus armis, cum inſigni cruceſignatorum ala in *Orientem* pugnaturus ſit generoſe profectus an. 1272. Nulla unquam illum externa vis, nullum diſcrimen a juſto decoroque divellere potuit. Eccleſiam ſibi creditam ubique & ſemper ſtrenue defenſavit. Obiit anno 1274. de quo etiam *Rub* lib. 6. noſtraque monumenta.

ADDI-

(1) Qui & *Everardus*, & aliis *Hen verardus* Ordinis Praedicatorum, de quo *Bremondius*. Bullar. Dominic. Tom. 2. pag. 358.

(2) Electus fuisse videtur an. 1266. Hoc enim anno consecratione solemni S. *Mariae de Camaldulo Forolivienfis* peracta indulgentiam legimus in quincto *Annalium Camaldulensium* volumine p. 73. concessam inter ceteros *auctoritate domini Electi Caesenae*. Quum ergo *Franciscus* jam anno 1263. Episcopus fuerit, videtur *potius*, inquiunt doctissimi *Annalium Camald.* Scriptores *antevertenda electio Honeverardi, qui circa hunc annum electus fuerit Episcopus Caesenas, cuique proinde sit referenda praedicta indulgentiae concessio*.

(3) Enimvero, ut apud Harduinum videre est T. VII. Conc. p. 651. conventui interfuit anno 1270. in Sacrario Ecclesiae S. *Vitalis Ravennae* habito ipso Sancti Martyris festo die, in eoque anathemate irretitos vidit quotquot armati, inermesque in ipsum, eiusque Episcopatum processerant.

Ceterum inter XXV. Episcopos, qui eo anno 1270. 8. Septembris Indulgentiis a *Philippo Ravennate* Archiepiscopo die consecrationis Ecclesiae *S. Maglorii Faventinae* concessis, subscripsit his verbis: Eodem modo &c. Frater Everardus Cesenatensis *Episcopus auctoritate Dei, & S. Johannis Baptistae* &c. Vide Annales Camaldulenses in Appendice tom. V. col. 213. Hinc porro discimus Cathedralem Caesenatem *Everardi* quoque temporibus sacram S. *Johanni Baptistae* fuisse; cum enim ceteri Episcopi se Indulgentias concedere adfirment auctoritate sanctorum, quorum nomini Cathedrales illorum Ecclesiae inscriptae fuerant, quidni & S. Johanni Baptistae dicata fuerit Cathedralis *Caesenatum* Ecclesia, cum eius auctoritate *Everardus* Iudulgentias largitus fuerit?

XLVI. AYMERICUS (1) electus reperitur anno 1274. in diplomate concessionis, quod Canonicis Cathedralis statim post suam assumptionem ad Sedem liberaliter concessit, quod est hujusmodi tenoris ab originali eorumdem Canonicorum Archivio.

In nomine patris, & filii, & spiritus sancti. Amen. Ego Aymericus electus *Cesenas* licet immeritus vobis dominis *Hugolino* nunc Camerario, *Michelino*, *Erro*, *Alberico* presb. *Jacobo Guidoni* & *Leonardo* Canonicis Ecclesie *Cesenatis* recipientibus pro vobis vestrisque sueceſſoribus nomine Canonice *Cesenatis* in perpetuum me, meosque successores nomine Episcopatus largior, do, & trado, atque concedo, & perpetualiter transacto plebem sancti *Mauri* dioces. *Cesenat.* cum titulis, & capellis suis, & decimationibus omnibus, & cum recepto frumenti, annone, carnium, & pullorum, & quocumque alio censu seu redditu consuetis & etiam debitis dicto episeopatui a plebe predicta. Et insuper omne dominium omnemque jurisdictionem, usum, seu consuetudinem, que dicto Episcopatui competunt, seu pertinent, seu pertinere, vel competere videntur vel possunt in plebe eadem, & capellis ipsius, & in rectoribus, & clericis earumdem ut libere ac pleno jure possitis vos & vestri successores nomine Canonice *Cesenat.* dictam plebem eiusque capellas earumque rectores, & clericos instituere, & destituere, visitare, corrigere, suspendere, interdicere, excommunicare, deponere, privare, & absolvere ac in eis plenam jurisdictionem in omnibus exercere tam in eausis civilibus, quam etiam in criminalibus, sicut ego cum meis suceessoribus nomine Episcopatus facere possem tam de consuetudine quam de jure & cetera generaliter. & specialiter exereere, que ad jus & jurisdictionem Episcopalem in dicta plebe ac eius capellis, & rectoribus, & clericis earum pertinere noscuntur, salva & reservata mihi meisque successoribus nomine Epscopatus una quarta vacce, quam dicta plebes annuatim solvit & solvere tenetur Episcopatui predicto, salvo etiam quod rectores ac Clerici dictarum plebis & capellarum possint ad me, & meos successores appellare, quando ipsos indebite gravaretis in causis predictis. Insuper largior, do, trado, atque concedo, & perpetualiter transacto per me meosque successores nomine Episcoparus vobis recipientibus pro vobis vestrisque successoribus nomine Canonice predicte in perpetuum Canonicam portionem testamentorum, & aliarum ultimarum voluntatum de jure spectantem seu pertinentem mihi & meis successoribus ab hac hora in antea in perpetuum per totum plebatum dicte plebis sancti *Mauri*, & etiam per totum plebatum sancti *Victoris* in *valle*, ut libere quicquid ad me meosque successores ratione Canoniee portionis, id est quarte testamentorum, & aliarum ultimarum voluntatum pertinebit amodo, vel pertinere videbitur in perpetuum per totum plebatum utrumque percipere ac exigere, & habere pacifice valeatis cum vestris successoribus nomine Canonice *Cesenat.* & tam heredes quam commissarios, & alias quascumque personas, a quibus dicta canonica portio solvi debebit, censura Ecclesiastiea ad solutionem prestandam compescere movendo, excommunicando, interdieendo, precipiendo, & absolvendo, sicut ego cum meis suceessoribus facere possem, tam de consuetudine, quam de jure. Preterea per me meosque successores vobis recipientibus pro vobis vestrisque successoribus nomine dicte Canonice *Cesenat.* in perpetuum largior, do, coneedo, atque trado, & perpetualiter transacto totum Cathedraticum, seu omne id quod ratione Cathedratici

thedratici

thedratici mihi meisque successoribus de jure pertinet vel pertinere potest amodo in dictis plebibus sancti *Mauri*, & sancti *Victoris*, & capellis plebatuum ipsarum, & in omnibus & singulis capellis Civitatis & totius vicariatus *Cesene*, atque rectoribus earundem, ut libere ipsum cathedraticum, videlicet duos soldos *Raven.* pro unaquaque ipsarum plebium, & capellarum annuatim exigere & recipere, & habere cum vestris successoribus in perpetuum nomine dicte *Canonice* valeatis. Remitto quoque ac largior, do, trado, & concedo, & perpetualiter refuto, & transacto vobis recipientibus pro vobis, vestrisque successoribus nomine canonice predicte per me meosque successores in perpetuum canonicam portionem que mihi meisque successoribus competit, & in posterum competere videbitur in omnibus & singulis legatis, que per testamentum, vel quamlibet aliam ultimam voluntatem relicta sunt, seu etiam relinquentur deinceps in perpetuum Canonice, seu Ecclesie *Cesenat.* predicte per totam Civitatem ac dioc. *Cesenat.* ut absque molestia, & contradictione mei, & meorum successorum licite, & libere exigere, recipere & habere nomine vestre canonice, seu Ecclesie predicte valeatis integraliter quicquid in pecunia, vel aliis rebus mobilibus, aut imobilibus relictum est, vel relinquetur amodo ab aliquo, vel aliquibus per dictam Civitatem, & dioc. totam vobis, vel vestris successoribus, seu canonice prelibate. Hec quidem vobis facio amore Dei, & pro remedio, & salute anime mee, & animarum predecessorum, & successorum meorum, & ut cum eisdem sim particeps missarum, & orationum, & aliorum divinorum, que in vestra Ecclesia celebrantur, & celebrabuntur in posterum tam pro vivis quam pro defunctis, & vos cum vestris successoribus, mihi meisque successoribus sitis in nostris honoribus, & jurisdictionibus rationabiliter defensores, favorabiles & etiam gratiosi, & teneamini cum vestris successoribus devote facere anniversarium meum suis temporibus in Ecclesia *Cesenat.* Que omnia & singula per me, meosque successores vobis recipientibus pro vobis, vestrisque successoribus nomine canonice, seu Ecclesie vestre promitto per stipulationem rata & firma perpetuo habere atque tenere & in nullo contrafacere, aut contravenire aliqua occasione sub pena viginti quinque unciarum auri optimi, & pena soluta vel non nihilominus hec omnia & singula perpetuo firma permaneant, & serventur.

Acta suut hec anno domini millesimo ducentesimo, septuagesimo quarto indictione secunda die tertio exeunte Septemb. *Cesene* in domo Episcopali presentibus presbytero *Riccobene* capellano domini electi predicti, presbytero *Benevenuto* rectore ecclesie sancti *anastasii*, & *Bene* Canonico plebis *bulgarie* ad hec testibus convocatis.

Ego *Leonardus Timidei Zichi* notarius predictis interfui, & mandato dicti domini electi ut supra legitur subscripsi &c. (2)

Anno 1290. die dominicæ Passionis interfuit *Aymericus* consecrationi Ecclesiæ S. *Francisci* de *Cæsena*, quam *Bonifacius* Archiepiscopus *Ravennas* habuit; nec absuit Synodo celebratæ *Forolivii* in Ecclesia *S. Mercurialis* ab eodem Archiepiscopo an. 1286. ut notat *Cherubinus Ghirardaccius lib. VIII. hist. Bonon.* (3) Valedixit huic mortali sæculo *Aymericus* an. 1291.

ADDITIO.

(1) Ex *Caesenatis* Ecclesiae Praeposito (hujusmodi titulo insignitus iam fuerat an. 1264.) eiusdem Ecclesiae consecratus Episcopus an. MCCLXXIII. ab Episcopis *Henrico Sarsinate*, *Joanne Monteferetrano*, ac *Mathaeo Clodiensi* ex chori *Ravvennatis* (ea enim Sedes tunc vacabat) mandato.

(2) Anno 12-9. ut referunt *Annales Camaldulenses* T. V. p. 140. prima Dominica post Ascensionem Domini *Ecclesiam S. Mariae de Lacu Foro popiliensis* dioecesis, quae pertinebat ad Monasterium *Uranense*, cum Episcopo *Foro popiliense Ravaldino* consecravit. Cum autem PP. Praedicatores *Caesenatis* Conventus ob S. *Fortunati* Ecclesiam sibi a *Latino* Cardinali Ostiensi donatam Cathedralis Ecclesiae Canonicos paterentur iniquiores, anno 1280. *Aymerico Rodulphus Foroliviensis* Episcopus atque ejusdem Card. Latini delegatus in mandatis dedit, ut Capitulum anathematis sententia percelleret. Eodem praeterea anno publicae poenitentiae *Griffolinum* quemdam addixit. Testes habeo rei hoc saeculo non facile obviae ejusdem *Aymerici* litteras. Sunt autem hae ex autographo descriptae.

Venerabilibus in Christo patribus, & fratribus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Prepositis, Archipresbyteris, Presbyteris, & aliis Ecclesiarum Dei prelatis, & rectoribus *Aymericus* miseratione divina Episcopus *Cesenas* se ipsum, & in salutis auctore salutem. Vestre paterne caritati, & ceteris liqueat presentes litteras inspecturis, quod instigante humani generis inimico *Griffolinus* lator presentium homicidium unum, & alia multa, & enormia crimina perpetravit. Qui demum illo misericorditer faciente, qui manum in mari Petro fluctuanti porrexit, & suo preciosissimo sanguine nos redemit ad conscienciam rediens de enmmissis veniam a nobis humiliter postulavit. Cui plus de misericordia Jesu Christi quam de rigore canonum penitenciam iniunximus VII annorum quorum quadrasimas (sic) majorem sancti *Martini*, & pentecosten, & omnes sextas ferias, & vigilias in Ecclesia predicandas tenetur equaliter jejunare. In ipsis vigilis & sextis feriis pane, & aqua contentus. Limina insuper beatorum Apostolorum *Petri*,

tri, & *Pauli* visitare tenetur in habitu penitentis discalciatis pedibus cum cilicio, & baculo cubitali. In Urbe vero unam facere quarantenam nil de proprio secum ferens. Singulis autem diebus itineris sui. C. *Pater noster* et totidem *Ave Maria* debeat dicere reverenter, aliisque namque diebus VII. *Pater noster* & totidem *Ave Maria* dicere teneatur devote. Verum quia per Apostolicam monitionem ut alter alteri debeat onera sopportare Paternitatem vestram in Domino exoramus quatenus onus eidem impositum, & spiritualiter, & temporaliter dignemini sublevare. Datum *Cesene* sub anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo. Indic. VIII. die XX. mensis Aprilis.

(3) Adi etiam Harduinum t. VII. Concil. col. 949. Ceterum quum *Aymericus* Caesenati Ecclesiae praeesset, *Bonifacius Ravennas* Archiepiscopus de visitando illius Capitulo, atque adeo ipso principe urbis templo cogitavit. Obstiterunt Canonici, Apostolicae Sedis Legatum, ipsamque Apostolicam Sedem appellantes hoc publico istrumento.

In nomine Domini Amen. Anno eiusdem millesimo ducentesimo octuagesimo nono indictione secunda die lune duodecimo. Decembris. *Homo sancti Petri* notarius sindicus & procurator capituli, & Ecclesie *Cesenatis*, & singularium personarum ipsius nomine, & vice ipsorum constitutus coram venerabili patre domino *Bonifatio* Archiepiscopo *Ravennati* appellationem interposuit infrascriptam. Coram vobis venerabili patre domino fratre B. Archiepiscopo *Ravennati* dico & propono Ego *homo sancti Petri* notarius & sindicus & procurator capituli & ecclesie *Cesenatis* & singularium personarum ipsius nomine & vice ipsorum & dicte ecclesie quod cum ipsi Capitulum & ecclesia immediate subsint Episcopo *Cesenati* & ab ipso Episcopo qui nunc est et etiam a predecessoribus suis sint & fuerint per tempora debita generali & spetiali visitatione debite visitati, & maxime anno presenti a venerabili patre domino *Aymerico* nunc Episcopo *Cesenati*, ipsumque, & suos antecessores ratione visitationis congrue duxerint procurandos, nec unquam fuerint ab aliquo *Ravennati* Archiepiscopo visitati: Set per alium prescripta sit potius visitatio eorumdem, & si de jure communi dicere velitis vos posse dictum Capitulum & Ecclesiam visitare, quod nego expresse nomine predictorum, nec appareat aliqua causa legitima ad quam eis ostendendam vos humiliter requisiverunt propter quam eos vel eorum ecclesiam possitis, vel debeatis visitare de jure, et per ipsos capitulum fuerit humiliter supplicatum & instanter petitum ut dilationem saltem quinque dierum daret eisdem ad deliberandum et consulendum peritiores utrum vos recipere deberent de jure ad visitationem predictam cum libenter vellent, et paratos se assererent vos benigne recipere si de consilio sapientum deberent. Insuper vobis supplicaverunt, & humiliter petierunt ut aliquem sapientem auditorem deputare velletis qui audiret jura et excusationem ipsorum cum dicerent se non teneri ad hoc propter multa jura facientia pro eisdem, et vos spretis, et contemptis rationibus et causis legittimis antedictis monueritis eos sub pena excommunicationis die Sabbati decimo hujus mensis decembris jam facto sero quod die lune XII. eiusdem mensis vos recipere deberent ad visitandum eosdem promulgando excommunicationis sententiam contra eos, nisi facerent quod mandastis, maxime cum mandavissetis alia vice ante predicta ipsos debere jurare in inquisitione, sive visitatione quam facere volebatis, quod quidem esse dignoscitur contra jus et indebite gravastis eosdem ex mandatis monitionibus ex sententia prelibatis. Et ideo predictus Syndicus et procurator nomine predictorum sentiens me ipsorum nomine, ac ipsos exinde gravari, et gravatos esse indebite ex hiis et aliis causis, seu qualibet ipsarum que suffitiat, quam vel quas me nomine offero loco & tempore debito coram competenti judice probaturum, dominum, P. *Saracenum* Apostolice Sedis legatum, & ipsam Apostolicam Sedem nomine predictorum in hiis scriptis appello, et Apostolos instanter ac instantissime peto, reservata mihi optione pro eis et quolibet ipsorum sub quo maluerint appellationem suam prosequi. Subiciens me nomine quo supra ac ipsos eorumque Ecclesiam, sive Ecclesias, et jura ipsorum, protectioni Sedis Apostolice, et domini legati predicti, protestans ex nunc, quod nullam novitatem per vos vel alios presenti appellatione pendente in prejudicium predicte appellationis, & jurium suorum facere debeatis.

Porrecta fuit dicta appellatio per dictum *hominem sancti Petri* Procuratorem Capituli et Ecclesie *Cesenatis* procuratorio nomine quo supra et in manibus dicti domini venerabilis Patris B. Archiepiscopi *Ravennatis* exhibita in choro ecclesie *Fratrum Predicatorum de Cesena* de mane in hora missarum votivarum presentibus fratre *jacobino* Lectore Conventus *fratrum predicatorum de Cesena*, fratre *Guillelmo de Casellis* priore, fratre *Benvenuto* ordinis memorati, magistro *dominico* de *gisso* muratore, et fratre *viviano Pelizario*, et aliis multis testibus de hiis vocatis et rogatis.

Ego *Johannes* quondam *Michaelis Fabri* de *Bononia* imperiali auctoritate notarius predictis omnibus interfui & ut supra legitur a dicto *homine sancti Petri* rogatus scripsi.

XLVII. LEONARDUS de *Cæsena* ex Canonico Cathedralis Ecclesiæ, defuncto *Aymerico*, a Capitulo postulatur in Episcopum, qui ob ejus singulares dotes, quibus præditus erat a *Nicolao* IV. Pont. Max. confirmationem accepit eodem anno 1291. 15. Kal. Jun. Pontif. 4. ita in Regest. Vatic. Epist. 303. fol. 60. Hunc *Leonidam* vocat *Rubeus lib. 6.* suæ *Raven. hist.* ansamque errandi dedit nonnullis, ut ab hoc *Leonardo*, alius diversus ejusdem nominis *Cæsenas* Episcopus asseratur, qui *Leonidæ* successerit, iterumque cum idem alterius *Leonardi* meminerit an. 1309. tertium *Leonardum* inter *Cæsenatium* Antistites addiderunt, cum revera tantum unus fuerit *Leonardus*, qui ab an. 1291. usque ad 1312. *Cæsenatem* Eccle-

Ecclesiam administraverit, excesseritque eodem anno 17. Kal. Jun. ut clare legentibus patet in *Vatic. Regest. Joannes Navelerus* scriptum reliquit suis in Commentariis, *Oddonem* quendam *Burgundum Benedicti* Papæ XI. a secretis ab eodem Episcopum *Cæsenatem* adlectum fuisse an. 1303. Quo fundamento, quave auctoritate id afferat, ipse dicat. Cæterum, ut diximus, ex Vatic. Regesto nullus alius in *Cæsenati* Ecclesia sedit ab anno 1291. ad 1312. nisi solus unus idemque *Leonardus*, qui diœcesanam Sinodum *6.* Idus Octobris an. 1309. in Episcopium Civitatis convocavit, ut *Claramontius* narrat lib. 11. (1)

ADDITIO.

(1) Mirum itaque est *Braschium*, qui haec in *Ugbellio* legerat, sine tabulis maluisse *Manzonii* vestigia sequi, atque ex uno *Leonardo* tres confingere Episcopos ab *Oddone* illo inrermedio inter se disjunctos. Ceterum *Leonardo Caesenatem* Ecclesiam regente an. MCCXCV. *Mense Septembri Caesenates usurparunt castra Episcopatus Caesenae*, ut legimus in *Annalibus Caesenatibus* a *Muratorio* editis *Rer. Ital.* t. XIV. col. 1112. Praeterea *Neapoleo* Cardinalis Sedis Apostolicae Legatus aedes *S. Mariae vallis viridis* sacro Indulgentiarum thesauro auxit. En ejus diploma.

Neapoleo miseratione divina sancti *Adriani* Diaconus Cardinalis Apostolice Sedis Legatus universis Christi fidelibus infra nostre Legationis terminos constitutis salutem in Domino sempiternam. Gloriosus Deus in sanctis suis in ipsorum glorificatione congaudens in veneratione beate Marie semper Virginis eo jucundius delectatur quo ipsa utpote Mater ejus effecta meruit altius sanctis ceteris in celestibus collocari. Cupientes igitur ut Ecclesia *Monasterii Sancte Marie Vallis Viridis Cesenatis* que ipsius *virginis gloriose* est insignita vocabulo congruis honoribus freqnentetur & a Christi fidelibus jugiter veneretur omnibus vere penitentibus & confessis, qui in singulis festivitatibus ejusdem Virginis, gloriose Nativitatis Domini nostri *Jesu Christi*, Epiphanie, Resurrectionis, Ascensionis, & Penteccostes in festivitate sancti *Mathie* Apostoli, & sancti *Viti* martyris ac per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes, in dominica quoque Palmarum devote ac venerabiliter dictam Ecclesiam visitaverint annuatim de Omnipotentis Dei misericordia, & beatorum *Petri & Pauli* Apostolorum ejus auctoritate confisi centum dies de iniunctis sibi penitentiis auctoritate qua fungimur misericorditer in Domino relaxamus. Datum Forolivii VIII. Kal. Novemb. Pontificatus Domini Clementis Pape V. anno primo.

Superiore autem anno Sanctimonialium, quae *Sanctucciae* appellantur, *Romae* coactus fuerat generalis Conventus, ad quem ex eodem monasterio S. *Mariae Vallis Viridis Francisca* Abbatissa se se contulerat. Quid ibi actum fuerit, discimus ex vetere monumento, quod, quum rem exhibeat non ita in Sanctimonialium historia obviam, lubet integrum adscribere.

In nomine Domini Amen. Anno einsdem a Nativitate millesimo trecentesimo quinto indictione tertia Romana Ecclesia pastore vacante die XXVI. mensis Maii orientis ex alto gratia quæ fidelium mentes Sancti Spiritus illustratione clarificat instruit & informat tanto flaminis dulcore devotorum spiritus illuminat & infundit ut incipienda mirifice inchoent, medient & laudabiliter finiant & perfecte supplenda adimpleant male acta corrigant superflua resecent & decidant quonsque ad illum perveniant perfectionis effectum & quo Deo altissimo laudes magnifice attollantur & eorum statu congruant ad incrementum Ecclesie Sancte Dei. Quare cum venerabilis Religionis Domine & honeste matrone sanctimoniales de regula beati *benedicti* & vite quondam sancte memorie fratris *Sperandei* & ordinis *Sanctutiarum* videlicet domina Soror *donata de aritio* vicaria generalis loco abbatisse totius dicti ordinis, domina Soror *Francisca* Abbatissa Monasterii *sancte Marie Madalene Calliensis* diocesis siti in loco ubi dicitur *carte flavia*, domina Soror *Cecilia* Abbatissa Monasterii *sante Marie Madalene* siti prope *penesum* in loco qui dicitur *bulgarianum*, domina Soror *pellegrina* abbatissa Monasterii *sancte marie nove* siti prope Civitatem *arimini* in loco, qui dicirur *pons masdogne*, domina Soror *Cicilia* Abbatissa Monasterii sante *Marie Madalene* de *Massa Sancti Cerboni* siti in loco ubi dicitur *Rocca falconis*. domina Soror *Bartholomea* Abbatissa Monasterii Sancte *Marie Vallis Viridis* siti prope muros Civitatis *aritii* in loco ubi dicitur *poceolum*, domina Soror *Philippa* Abbatissa Monasterii sancte *Marie Madalene* de *Cortona* Aritine diocesis siti prope *Rocchani Certone*. Soror *Anna* & Soror *Philippa* gerentes vices & vocem ut vicarie loco sororis *paupertatis* Abbatisse & Conventus Monasterii sancte *Marie Madalene* siti prope burgi muros *sancti sepulcri Castellane* Diocesis, Domina *Francisca* Abbatissa Monasterii Sanctorum Apostolorum *philippi*, & *Iacobi* siti prope muros *Civitatis Castelli*, & prope portam *Sancte Maria Maioris*. Domina Soror *Francisca* Abbatissa Monasterii Sancti *Mathie Apostoli* & sancte *Marie Vallis Viridis* de *Cesena* siti prope portam *sancti Nicolai*. Soror Anges (sic) & Soror *Johanna* ge-

gerentes vices & vocem ut vicarie loco Sororis *paupere* abbatiſſe & conventus monaſterii *ſanctorum Apoſtolorum Philippi & Jacobi de ſorlivio* ſiti in contrata porte *ſanaldini*. Soror *Scolaſtica* & Soror *Angela* gerentes vices & vocem ut vicaria loco Sororis humilis Abbatiſſe & Conventus Monaſterii Sancte *Marie Vallis Viridis* de *Mutina*. dicta Soror *Scolaſtica* & Soror *Cicilia* gerentes vices & vocem ut vicarie loco Sororis *Rupbine* Abbatiſſe & conventus monaſterii ſancti *Benedicti* ſiti prope caſtrum *Montis ſalchi Spoletane Dioceſis* in loco qui dicitur *pogiolum*. dicta Soror *Scolaſtica*, & Soror *Angela* Moniales Conventus & Monaſterii ſancti *Bartholi* de *ſaxo ferrato* ſiti in burgo *ſancti Silveſtri* eiuſdem loci *Nuceríenſis* dioceſis. dicta Soror *Scolaſtica*, & Soror *Illuminata* gerentes vices & vocem, ut vicarie loco Sororis *Margarite* Abbatiſſe, & Conventus Monaſterii ſancte *Marie* de *via nova* ſiti prope *Caſtrum caſtanarii* dioceſis *heugubine* Soror *Catherina* Monialis Conventus & Monaſterii Sancte *Anne* ſiti prope Civitatem *faventie* ſuo nomine, & omnium monialium eiuſdem monaſterii ſibi aderere volentium. Item Soror *Franciſca* Soror *Criſpina* Soror *Bartola* & Soror *Philippa* Moniales Conventuales predicti Monaſterii *Burgii Sancti Sepulchri*; Soror *Benigna*, & Soror *Catharina* Moniales Conventuales eiuſdem Monaſterii *Maſſa Sancti Cerboni* & Soror *Cicilia* Soror *honeſta*, & Soror *Chatarina* Moniales Conventuales eiuſdem Monaſterii de *calli*. Item infraſcripte ſorores moniales conventuales predicti Monaſterii Sancte *Marie* in *Julia de Urbe*, ſcilicet Soror *Scolaſtica*, Soror *Cicilia* Soror *Angela*, Soror *Andrea* de *heugubio*, Soror *gratioſa* Soror *Agnes* de *faventia* Soror *Sanctutia* Soror *Andrea* de *tinioſis* Soror *latina*. Soror *Gregoria* Soror *balſema* Soror *Jacoba* Soror *Johanna Petri*, Soror *Margarita Carthara*, Soror *Andrea*, Soror *Andrea Carthara*. Soror *Margarita Jacobi* Soror *Johanna Marchi* Soror *paula*, Soror *bibiana* Soror *helíſabeth*, Soror *franciſca Carthara*, Soror *perpetua*, Soror *Margarita* de *ſaxo ferrato*, Soror *Lucha* & Soror *Franciſca* de *ſaxo ferrato* eſſent per dominam Sororem *donatam* vicariam generalem ad Capitulum in Eccleſia Sancte *Marie* in *Julia de Urbe* ad ſonum campane convocate, prout moris eſt ad tractandum de bono ſtatu, commodo & augmento dicte Religionis ac etiam utilitate attendentes ut ſi qua eſſent corrigenda & emendanda emendarentur que autem recte eſſent diſpoſita illibata permanerent & ſi qua eſſent ſtatuenda de novo ut conderentur dum ſic ſimul erant per diſpoſitionem ſupernam per diverſas orbis provincias ubi earum ſunt loca & Monaſteria congregate inter cetera attendentes & conſiderantes quod ea que acta fuerant per Abbatiſſas & Moniales dicti ordinis *aritii* in Capitulo generali quantum ad ordinationem illam ut locus & Monaſterium ſervarum *Sancte Marie* ſiti in ario pozzognemoli dioceſis heugubine eſſet de unanimi & concordi voluntate caput & mater Eccleſia omnium locorum & Eccleſiarum totius earum Ordinis preſentium & futurorum quod eidem tanquam capiti obedire deberent, ac etiam quod illius Monaſterii Abbatiſſa ſit & eſſe debet ſemper in toto ordine generalis. Erant dicto ordini nimium honeroſa per multas inconvenientias que proveniebant quotidie omnibus & ſingulis dicti Ordinis Monaſteriis ſive locis potiſſime propter Capitula generalia pro tempore celebranda que non poterant commode congregari nec ad eam in urgentibus dicti ordinis negotiis habendis nec proviſum provide unanimiter, & concorditer earum nemine diſcrepante cum ſumma providentia & concordia ſuarum nomine & abſentium aliarum illud privilegium ſuper illo ſtatuto & ordinatione, & omnia que in eo continentur, & omnia acta ad illam conſtitutionem pertinentia revocaverunt caſſaverunt irritaverunt omnimodo ac decreverunt illud nullius exiſtere firmitatis, ac ex nunc ullius eſſe valoris, nec quod deinceps illud poſſit valere nec ad quicquam produci vel ulterius allegari. Et inſuper ad honorem Dei Omnipotentis patris & filii & ſpiritus ſancti, & glorioſe ſemper Virginis *Marie* omnium ſanctorum & ſanctarum Dei & beati Sperandei cujus vitam ac regulam beati benedicti ipſe profitentur, ad honorem & reverentiam *Romane* Sedis vice earum & nomine Monaſteriorum atque locorum predictorum omnium & cujuslibet ipſorum, & ſororum dictarum & aliarum omnium ipſius ordinis & locorum preſentium & futurorum omniumque locorum Monaſteriorum predictorum & aliorum que hic non ſunt propriis nominata vocabulis ipſius ordinis que nunc ſunt vel erunt dante domino in futurum pro unitate & omnes que communicare inter eos & dicta loca & Monaſteria earum que nunc ſunt vel erunt dante domino in futurum in perpetuum obſervanda ſpiritus ſancti gratia invocata. Inter alia unanimiter & concorditer ſtatuerunt, decreverunt & ordinaverunt quod locus earum ſancte *Marie in Julia de Urbe Romana* ſit caput, & mater Eccleſia omnium locorum, & Eccleſiarum totius dicti ordinis earum præſentium & futurarum & eidem tanquam ſuo capiti in omnibus debeant reſpondere, ceteraque loca tamquam membra ſint & filie ipſius & Abbatiſſe que nunc eſt vel pro tempore fuerit Abbatiſſa ibidem reverentiam & obedientiam tamquam ſue matri faciant & facere teneantur tam Abbatiſſe ceterorum locorum, quam etiam Moniales. Item ſtatuerunt, & ordinaverunt quod omnes Abbatiſſe moniales alia hujuſmodi Ordinis que in eodem loco profexionem non fecerunt attenduntur ibidem faciant & facere teneantur tam preſentes quam etiam que in futurum dante domino ad hunc ordinem venire voluerint in manu abbatiſſe que nunc eſt ibidem vel pro tempore fuerit Abbatiſſa. Item ſtatuerunt & ordinaverunt quod electio abbatiſſe uniuſcujuſcumque locorum dictorum que pro tempore fuerint ipſius Ordinis earum in perpetuum ſpectet ad abbatiſſam capitulum, & conventum ipſius loci *Sancte Marie in Julia de Urbe* predicta quod Abbatiſſa & Conventus ipſius loci ſancte *Marie in Julia* eligant Abbatiſſas in locis aliis & ad ipſa loca mittant etiam Moniales quas revocare poſſint cum Abbatiſſe & Conventus dicti loci videbitur expedire ſine ulla conditione ipſarum. Statuerunt inſuper & firmiter ordinaverunt quod Abbatiſſa dicti loci *Sancte Marie in Julia de Urbe* poſſit viſitare alia loca & corrigere tam in capite quam in membris & omnem aliam juriſdictionem exercere quam Abbatiſſe in perſonas ſibi ſubjectas & jura concedunt ponentes ſe & dicta loca & monaſteria omnia predicta & quodlibet eorum, & que fuerint ipſius ordinis dante domino in futurum cum omnibus eorum & cuiuslibet ipſorum juribus, & actionibus ſub protectione dominio, & correctione ipſius loci *Sancte Marie in Julia de Urbe* predicta & Abbatiſſe ipſius que nunc eſt vel pro tempore fuerit Abbatiſſa ibidem ipſiuſque capituli & Conventus. Hoc autem ſtatutum & decretum conſtitutionem, & ordinationem omnes & ſingule ſua vice & nomine & aliarum abſentium fecerunt decreverunt & ordinaverunt pro eo quod dicta *ſanctutia* prima & generalis Abbatiſſa atque fundatrix ut dicta Eccleſia ſancte *Marie in Julia* eſſet mater & caput omnium aliarum Eccleſiarum Monaſteriorum dicti ordinis adhuc dum viveret ut aſſerunt moniales ipſius conventus ordinaſſe voluiſſe noſcitur & mandaſſe cuius voluntas ſive ordinatio non ſolum ea poſitiva verum etiam denunptiativa pro lege ſtrictiſſima eſt ſervanda. Conſideraverunt inter multa alia quod locus monaſterii *Sancte Marie in Julia* predicte eſt ſitus vel ſitum in Urbe Urbium que eſt orbis caput & totius fidei fundamentum. Eſtque locus actus ac habilis propter neceſſitates totius dicti ordinis maxime propter Romanam Curiam quando quicquam eſſet expedire neceſſe tam pro univerſali negotio quam ſingulari Religionis predicte in dicto ordine, & quodlibet loco ipſius tam propter favoris dexteram auxilii conſilii & protectionis adjutorum reverendorum

rendorum patrum sacrosancte Romane Ecclesie Cardinalium illorum precipue qui ad . . . . in mense ad dicte Religionis augmentum & profectum, tum quia etiam Roma communis est Patria & locus communis. Hec autem omnia suprascripta statuta ordinationes constitutiones utpote tanquam compilata vel composite pro dicti ordinis incremento statu pacifico & tranquillo promiserunt omnes & singule domine tam Abbatisse quam Vicarie & moniales omnes observare pro se ipsis & aliis suis sororibus & conventibus nunc viventibus & sequentibus & contra non venire aliqua ratione vel modo perpetuis & futuris temporibus, & ea inviolabiliter custodire ac etiam ad perpetue firmitatis robur manibus propriis prenominate Abbatisse & Vicarie tactis singulariter sacrosanctis Scripturis juraverunt pro sancta Dei Evangelia & ex certa scientia & omnia & singula illibata servare. Dantes mihi notario infrascripto tamquam persone publice potestatem nihilominus & mihi mandantes ut de his omnibus & singulis ad sensum sapientum conficere publicum instrumentum. In quorum omnium premissorum verum testimonium & robur perpetuum presens instrumentum seu privilegium iuxerunt predicte domine Abbatisse vicarie et moniales earum sigillorum consuetorum monimine roborari.

Actum in Urbe *Romana* in Ecclesia *Sancte Marie in Julia de Urbe* presentibus domino *Angelo tiniosis* canonico lateranensi, domino *Metelo* Canonico de . . . domino *Bartholomeo* Canonico Ecclesie Sancte *Marie aquire*, presbytero *Jacobo* Canonico eiusdem Ecclesie *sancte Marie*, domino *Restanio Archipresbytero* plebis sancti *Vincentii* de *sancto Petro*, & magistro *michaele de aritio* doctore in *Romano* studio testibus ad hec habitis, & rogatis.

Ego *Petrus* olim *Mathei* de *foruno aritine* diecesis imperiali auctoritate Judex ordinarius atque notarius omnibus supradictis interfui, & ut supra legitur de mandato dictarum dominarum scripsi & publicavi rogatus.

De Sanctuciis conferenda est egregia praestantissimi Praesulis, & Apostolici apud Viennensem Aulam Nuncii *Josephi Garampii* Dissertatio, quae XV. est in opere inscripto: *Memorie Ecclesiastiche appartenenti alla B. Chiara di Rimino*, praesertim p. 388. seqq. Ad *Leonardum* redeo.

Anno MCCCXI. die IV. Martii *Caesenae in Camera Episcopali Leonardo*, aliisque praesentibus statuta fuit concordia inter *Raynaldum Ravennatem* Archiepiscopum, & *Accursium Camaldulensium* Priorem generalem, cujus instrumentum in *Annales Camaldulenses* illatum legimus T. V. p. 271. Quum autem eo ipso anno MCCCXI. idem *Raynaldus Templariorum* caussa Concilium Provinciale coegisset, *Leonardus Rialem* Canonicum *Ravennam* misit, qui ejus nomine inter Patres adsideret.

In *Ravennatis* porro Archiepiscopi cartophylacio servatur Episcopi Caesenatis Epistola, non uno loco, atque adeo sub ipsum initium miserrime dilacerata; illum tamen sub XIV. saeculi primordium floruisse characteres, atque adeo universa scripturae ratio suadet; Leonardum vero fuisse, qui etiamnum superest, primae litterae ductus indicat. Eam quum multa doceat ad Sanctimonialium ejus temporis disciplinam pertinentia, heic reddo nobiscum ab humanissimo viro *Amadesio* communicatam. Suspicatur autem, neque immerito, idem vir doctus, missam illam a *Leonardo* fuisse ad *Ravennatem* Metropolitam, ut siquae minus ipsi probarentur, corrigeret, antequam divulgaretur; multa enim in ea occurrunt ab alio, sed aequali scriptore emendata, addita etiam aliqua. In illa porro recitanda primigenium textum servabimus, correctionibus, additionibusque continenter superscriptis.

Ex Tomo CL. Diversorum Archivii Archiepalis Ravennæ pag. 252.

L. . . . . . Ecclesie ac Apostolice Sedis . . . . Episcopus. Dilectis filiabus in Xpto Abbatisse & con-
& Philippi
ventui Monasterij Sanctorum Jacobi * de Cesena Or-
dinis Sci Benedicti salutem & celestibus semper in-
strui disiplinis, quia de salute animarum vestrarum
nobis incumbit coram Deo reddere racionem excogi-
monitiones & scripta
tavimus aliquas * pre*cepta vobis facere saluberri-
ma, sub quibus vitam religiosam honestam pariter &
Xo Vos monemus
ecuram valeatis ducere sponso * vro placentes * Ordi-
precipimus igitur ac mandamus pie
namus igitur sive precipimus juxta bone memorie
festum omnium SSum. clausuram fieri
Bonifaci ppe * octavi constitutionem * tam Abbatis-
sam quam unamquamque Monialium vestrarum sub
perpetua in vestro Monasterio debere de cete-
ro permanere Clausura, ita quod nulli vestrum reli-
gionem tacite vel expresse professe sit vel esse valeat
quacumque ratione vel causa Monasterium vestrum
deinceps egrediendi facultas, nisi forte quod Deus
avertat tanto vel tali morbo evidenter vestrum ali-
contingeret
quam laborare * costaret, quod non posset cum aliis
absque gravi periculo seu scandalo commorari. Nulli
eciam

eciam aliquatenus inhoneste persone nec eciam hone-
aliquatenus vos
ste ingressus vel accessus * pateat ad * easdem nisi ra-
tionabili & manifesta causa existat, at etiam tune
psona &
istut volumus fieri de * consensu communi Abbatisse
conventus nela
& *Monialium. Primo eciam trina vice tacta campana ;*
ut sic a publicis & mundanis conspectibus separate om-
nino servire Deo liberius valeatis, & lasiviendi opor-
Redemptori vestro
tunitate sublata * eidem corda vestra & corpora in
omni sanctimonia dilligentius custodire valeatis. Ve-
rum quod si Abbatissa Monasterij vestri pro Feudo
quod Monasterium ipsum tenetur ab aliquo Principe seu
Domino temporali ita quod sibi debeat homagium vel
per procuratorem
fidelitatis Sacramentum prestari & * aliter noluerit
vestrum
perdictum Sacramentum recipere; concedimus quod
Abbatissa bene sociata saltim duabus Monialibus, &
alia familia possit egredi Monasterium ut dicto lay-
co possit Sacramentum fidelitatis prestare, quo
prestito ad ipsum Monasterium, et e vestigio rever-
tatur, sic quod in fraudem residencie sive more clau-
stralis nichil fiat omnino. Ut autem spiritualia tempo-
ralibus preponamus, primo precipimus quod tam Ab-
batissa quam omnes et singule Moniales et converse
singulis annis pure ac integre confiteantur omnia sua
saltim semel in quolibet mense & si precesserit,
peccata * terminis infrascriptis et eisdem terminis
de Confessorum earum consilio
reverenter suscipiant Sacratissimum Corpus Xpi: vi-
in prima Dominica Adventus
delicet * in Nativitate Domini, in prima Dominica
Quadragesime, in Festis Resurrectionis Dominice Pen-
anutiationis &
tecostes * Asumptionis Beate Virginis, Sancti Michae-
SS Apost. Philippi & Jacobi & * & S Benedicti
lis * Omnium Sanctorum * Tunc autem et alias cum
voluerint confiteantur fratribus Ordinis Predicatorum
et Minorum, quos Prior et Guardianus de Cesena de
nostro
permissu vel mandato * Domini Archiepiscopi duxerint
deputandos. Aliis vero personis nullatenus confitean-
tur nisi forte in causa necessitatis deputet Abbatissa a-
cum cappa vel
liquem Sacerdotem maturum et bone fame;* paramen-
tis cum cappa sacerdotalibus tunc indutum. Locus
in fenestra muri Ec-
autem ad confessiones audiendas * per ipsum Priorem
clesie sit deputatus
vel Guardianum et Abbatissam honestus et congruus
secundum possibilitatem Monasterii elligatur. Capitu-
lum antem secundum regulam seu consuetudinem ordi-
Bti Benedicti
nis * qualibet die teneant ut quecumque voluerit re-
cognoscat culpam suam seu deffectum vel possit ab
alia proclamari. Nichylominus vero bis in septimana
omnes faciant veniam .... et litium. Sub ex-
pena
comunicationis * omnibus cujuscumque conditio-
existant
nis dignitatis Ordinis et Status * presentibus scriptis ini-
bemus ....
....
in Capitulo et postea resideant, surgatque unaqueque
in medio Capituli recognoscens humiliter culpam suam,
negligentias et deffectus. Una loquente cetere ta-
ceant nec loqui audeant nisi dicendo culpam suam,
vel alterius humiliter non clamose. Nulla accuset a-
liam ex sola suspicione nec ex solo auditu; procla
mata vero sine jurgio vel clamore respondeat et re-
conoscat simpliciter veritatem, nec quasi vindicando se
eadem die presumat proclamare illam a qua fuerat
proclamata. Caveant sibi omnino tam in Capitulo
quam extra a verbis injuriosis, contumeliosis vel opro-
brijs, a minis & maledictis, & improperiis ma-
xime super culpa predicta pro qua fuerit satisfa-
ctum. Si qua vero in hiis reperta fuerit culpabilis
graviter puniatur per Abbatissam vel aliam cum per
se hoc facere non potuerit, cui comiserit vices suas.
Si qua vero per comtumaciam & manifestam re-
bellionem inhobediens fuerit aut cum Abbatissa pro
pterea contendere presumserit, aut aliam percuserit
aut per conspirationem vel conjurationem contra pre-
latam suam manifeste se erexerit vel dissessiones et scan-
Sorores
dala inter * Monacas maliciose seminaverit, seu culpas
earum personis secularibus vel alijs manifestaverit vel
secreta Capituli revelaverit, unde Monasterium vel
persone ipsius possint merito infamari penitentiam fa-
ciat infrascriptam: surgat itaque in medio Capituli,
et ve-

& veniam 'petens ſceleris ſui inmanitatem lamenta-
capite diſcoperto et tunicam
biliter proferat, * exutis veſtibus uſque ad * interulam
ut dignam culpis ſuis accipiat ſentenciam, diſſipline-
tur per Abbatiſſam genuflectendo humiliter coram ipſa
Choro, et Capitulo
ſitque annum ſemper ultima in * conventu, ut quo-
comittendo
niam culpam * preſtando non erubuit ſclava fieri diabo-
li, ad tempus ut reſipiſcat ſeparetur a' conſorcio
ovium Xpi. In Reffectorio cum ceteris non ſedeat,
vino admixtam
ſet in medio ſuper nudam terram panem et aquam *
et unum pulmentum cum vino linfato tantummodo
comedat, niſi prelata aliquid ei miſericorditer largia-
cibi ſui
tur: reliquie * prandii ſui cum alijs non admiſeantur,
ut cognoſcat ſe ita ſequeſtratam a conſorcio aliarum,
quod niſi per penitenciam redeat, privabitur conſorciis
Angellorum: ante hoſtium vero Eccleſie ad gratias
poſt comeſtionem, et etiam ante hoſtium Capituli pro-
ſtrata iaceat dum Conventus intraverit et exiverit:
Abbatiſſe
nulla audeat ſibi loqui ſine licentia * aut aliquid ſibi
per ſe et aliquando
mittere vel mandare: prelata vero interdum * ſibi mit-
tat aliquas diſcreciores que comoneant illam ad Peni-
tenciam et pacienciam, ortentur eciam ad ſatisfacionem,
et eam cottidianam ad
adjuvent * per interceſſionem * ſi viderint in ea * cor-
dis humilitatem: nec prelata renuat ei facere miſeri-
antiquioris
cordiam de conſcilio * ſeniorum. Eodem modo peni-
ſpecialiter inibitam
tentiam agat que rem ſibi * proybitam receperit maſi-
me a perſonis ſuſpectis, aut ſi receptam celaverit, vel
ſi in peccatum carnis lapſa fuerit quod gravius et du-
eatur
rius puniri cenſemus. * Si qua autem pro predictis cul-
in Car-
pis penitentiam ſupraſcriptam facere recuſaverit * de
cere recludatur cum victu predicto, nec de ea exeat
Monaſterio expellatur tanquam ovis morbida ne cor-
abſque ſpeciali noſtra vel Vicarij noſtri licentia, ne
rumpat exemplo . . . .
tanquam
. . . .
. . . . custodiant peſtifero totum gre-
gem. Sicut autem proybemus ſubditas non contempne-
re aut diffamare prelatam ſic indulgemus eiſdem quod
ſi inveritate aliquid ſuerint de ea quod tollerari non de-
beat nec deceat, prius eam inter ſe cum humilitate

et caritate de ſua correctione amoneant, quod ſi fre-
quenter amonita corrigere ſe negleſerit, hoc ipſum
Priori Fratrum Predicatorum vel Guardiano Minorum
manifeſtent, qui eam corripientes imponant ſibi peni-
tenciam ſalutarem, quam ſi facere contempſerit vel
ſe diſtulerit emendare, ſignifficetur nobis vel Suc-
ceſſoribus noſtris per litteras aut honeſtas perſonas
fide dignas ut ſi culpa exegerit, deponatur. Con-
verſas autem ſeu Sorores laycas volumus non ha
bere vocem in Capitulo, vel tractatibus Mo-
naſterij, niſi cum de allienatione bonorum Mo-
naſterij ageretur aut reconoſendo culpam ſuam aut
reverenter audiant miſſam
aliarum ſi ſuper hoc fuerint requiſite * Matutinas,
non alias dicant
* et omnes horas canonicas ſimul audiant in Ec-
cleſia; nullaque abſentetur a Choro abſque infirmi-
tate vel licentia ſpeciali cum hoc neceſſitas requiſive-
Abbatiſſa et alie veſtire dor-
rit. * Omnes preter infirmas in Dormitorio * jaceant,
miant patenter abſque medio, ita quod una poſſit ab
cujus hoſtium Abbatiſſa, ſeu alia honeſta de precepto
alijs videri
Abbatiſſe et bene probata claudat qualibet nocte et cir-
cumſpiciat ſi qua deffuerit, vel ſi qua venerit notabi-
liter tarde, eaſque non differat in Capitulo proclama
1 Abbatiſſa autem et alie 2 tantum premiſſa ſecundum
re. * 1 Omnes ſimul in Reffectorio * 2 comedant pre-
regullam beati Benedicti 3 et que minutionem
ter infirmas, que ſi non decumbunt * 3 in uno lo-
feciſſent intra triduum ſi voluerint. 4 nti ſemper
co comuni ad hoc deputato comedant. * 4 Cibis
ibi de regulla beati Benedicti regulas earum vel hoc
autem & lectis * 5 utantur ſecundum regulam Beati
preſens mandatum ut ibi dicetur, legant 5 et veſtibus
Benedicti preter infirmas. Si quis * 6 autem ex
et ſilentijs 6 et ſi qua 7 devotis, ſeu converſis,
Servientibus * 7 hujuſmodi aut pediſſecis notabillis repe-
vel earum Sororibus laycis
riatur verbis ſuſpectis, aut ſi quis ſive nutibus inho-
neſtis, expellatur de domo & ſervicio Monaſterij.
Fiat autem in loco competenti videlicet in Eccleſia vel
alibi ubi magis congrue poterit fieri, feneſtra lata &
denſe Abbatiſſe
bene ferrata per quam cum * licentia loqui poſſint
parentibus & amicis ſeu alijs non ſuſpectis in pre-
ſentia ſaltim duarum domnarum que loquentes au-
diant & intelligant, & ſi opus fuerit quod dixerint
Abbatiſſe defferant ut de inhoneſtis verbis recipiant
correctionem. Et quoniam multa mala docuit occio-
ſitas

ſitas, juxta illud occioſitas & voluptas ſunt arma hoſtis antiqui ad miſeras animas captivandas, nullatenus ſint occioſe Abbatiſſa & Moniales ſet ne corde aut corpore vagentur omnes tam Moniales quam Converſe poſt divinum Officium operentur ſecundum poſſibilitatem & aptitudinem cujuſcumque & quecumque de laborerio ſeu artifficio lucrantur, expendantur in veſtibus & neceſſitatibus earum de licencia Abbatiſſe: decencius eſt enim & magis meritorium de labore ſuo veſtiri quam oecioſe vivere & veſtes ab aliis poſtulare. Quibus autem hujuſmodi laborĕrium non ſufficit pro veſtibus, nec aliunde honeſte habere poſſunt ſupleatur moderate de redditibus Monaſterij * [pro ut expedierit et] ſi ſuppetunt facultates: Similiter & in omnibus debillibus & infirmis & * [que] minucionem fecerint convenientius eſt enim quod bona Monaſterij aliaſque elimoſinas collata ad ſubſtentandas Moniales divinis laudibus dedieatas exſpendantur in uſus moderatos ipſarum, quam ad perſonas ſeculares vel extraneas devolvantur. Et ideo ne fraus aut malicioſa diſpenſacio circa temporalia comittatur volumus et precipimus ut Abbatiſſa, * [quolibet menſe] quater in anno cum teſtimonio Caſtaldionis & Officialium Monaſterij in preſencia * [ſui Conventus] omnium Monialium computet & ſine ficcione clare reddat racionem de omnibus redditibus & obvencionibus, ſimiliter de debitis & expenſis & obligationibus, & de bonis reſiduis ſi qua fuerint dante Deo. Si vero reprehenſibilis appareat in adminiſtrando expendendo, vel quod gravius eſt diſſipando bona Monaſterij, ſignificetur Archiepiſcopo, qui pro tempore fuerit ut circha hec aponat remedium oportunum. Ne autem hec noſtra precepta ſalubria & utilia per oblivionem aut incuriam negligantur, precipimus atque arcius precipiendo mandamus, ut * [hec] ſingulis ſeptimanis legantur in Reffecto[refectionis in una die]rio tempore * prandij vel cene cum cenatur, ut ſi ea inveneritis vos bene ſervaſſe gratias agatis Domino bonorum omnium largitori. Si vero tranſgrediendo ſenſeritis vos peccaſſe unaqueque doleat de predictis, caveat de futuris, properet confiteri, ſatisfacere non dormitet, orans ut ſibi trangreſſionis culpa miſericorditer dimitatur, & in tentamptionem minime inducatur; quod vobis omnibus & ſingulis concedere dignetur Altiſſimus Sponſus veſter Dominus Jheſus Chriſtus benedictus & glorioſus in ſecula ſeculorum Amen.

Quod eligantur & mutentur per Abbatiſſam & conventum ſigullis tribus menſibus nec aliquis poſſit confirmari vel eligi de novo donec in Capitulo ſingulle fuerint electe, & officium ſibi commiſſum terminaverint.

Item ſtatuimus quod nulla poſſit recipi uſque ad quinquenium ſine noſtra ſpeciali licentia, vel alias abſque conſenſu Abbatiſſe & Conventus in monialem ſeu Sororem Monaſterij, & ſi quod fieret denunciamus receptionem hujuſmodi non tenere. Item ſororibus infirmis deputentur una vel due ſorores ſi infirmitatis gravitas hoc requireret ad obſequium, & omnia neceſſaria eis miniſtrentur. Item pauperibus elimoſine conſuete vel decentes ſecundum poſſibilitatem reddituum & fideliter diſtribuantur, alias ultra valorem trium Ravennatum conceſſarum Abbatiſſa non poſſit dare concedere vel donare, alie vero nichil.

Veni Creator Spiritus &c. dicatur uſque, Veni Sancte Spiritus, cum Oratione, Deus qui corde fidelium: poſt immediate antiquiori ex eis preſidente & eas per ſignum campanelle convocante ingrediantur Capitulum: ibi ſolum Deum habentes pre oculis dirigant mentem ſuam in eam de ſuo Conventu, quam ſciverint ſeu crediderint magis idoneam ad animas earum ſalubriter gubernandas & bona Monaſterij fideliter & prudenter adminiſtranda & diſpenſanda; quod ſi forte nullam talem inter ſe cognoſcerent, in aliam quam a Religioſis ac fide dignis perſonis ad hec idoneam ſeu utiliorem audiverint. Ceterum ſi per divinam inſpirationem non poſſent omnes concordare, vel per viam ſcrutinij in qua electis certis ſcrutatricibus ex eis ſingule ſecreto habent deponere vota ſua, non eligerent, procedendum ſi potius vellent compromittere in aliquas ex eis, volumus quod antequam aliqua exeat de Capitulo, electio celebretur; & ſi qua exierit vocem in ea electione ammittat, nec ulteriua reingrediatur Capitulum tractatu electionis hujuſmodi durante. Electione vero celebrata cantabunt exeuntes Capitulum & procedentes ad altare Eccleſie Te Deum laudamus &c. cum Oratione & Verſu Confirma hoc Deus &c. & Oratione, Actiones noſtras &c. quibus prohibuimus, nominata requiſita . . . . tam formam electionis quam perſonam nominatam & conditionem ejus prodere cum premiſſa . . . .

XLVIII. JOHANNES *Ariminenſis Amboni* filius, ex pervetuſta, & nobili gente de *Caminate*, quæ hodie, ut *Clementinus* in *Arimin. hiſt.* ſcriptum reliquit, una, & eadem eſt cum *Ricciardella*, & *Belmontia* familiis

miliis apud *Arimin.* quippe quæ ab ipso *Caminatensium* sanguine proseminatæ ferantur, ex præposito *Ariminensi Cæsenas* Episcopus electus est anno 1313. XIII. Kal. Aprilis à *Willelmo Bulgaro*, atque *Cristophoro* Abbate Sancti *Laurentii*, quibus Clericalis Senatus jus eligendi detulerat, gratanterque a populo exceptus eodem die sibi delati Episcopatus iniit possessionem. (1) Inter alia monumenta quæ in Archivio Canonicorum asservantur, illud celebre habetur, quod Joannes confecit anno 1315. ad favorem Canonicorum, quo omnium predecessorum suorum concessiones iisdem confirmavit; in eo plures etiam Episcopi *Cæsenates* recensentur, quorum memoria invidiosa vetustas deleverat. Exemplar ab originali desumptum est hujusmodi.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. Nos Joannes Dei graria Episcopus *Cesenatensis* predecessorum nostrorum vestigiis inherentes & confidentes, quod iidem predecessores pro animabus suis suorumque predecessorum & successorum multas favorabiles largitiones, donationes, exemptiones, indulgentias, concessiones, & privilegia dominis prepositis, canonicis & Capitulo nostre maioris *Cesenatensis* Ecclesie contulerunt, prout in instrumentis seu litteris propriis inde confectis vidimus contineri, & specialiter instrumento scripto manu *Leonardi Timidei* notarii sub anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo nono indict. 2. die decimo quarto *intrante maio*, in quo continentur concessio, traditio, & confirmatio predictis preposito & capitulo facta per bone memorie venerabilem patrem dominum *Michaelem* quondam Episcopum *Cesenat.*, de quibusdam Ecclesiis, terris, & rebus aliis quas tunc habebant & tenebant, & quas in futurum acquirerent, & nominatim de plebe integra sancti *Victoris*, qui vocatur in *Valle*, cum titulis & capellis, obligationibus, decimationibus, aquam sanctam, & unctionibus vivorum, & mortuorum, cum terris, vineis, arbustis, arboribus, & cum omnibus sibi pertinentibus; item de Ecclesia sancti *Martini* prope *pontem fluminis*, & de aliis quibusdam Ecclesiis, locis, & rebus, jurisdictionibus, & juribus in predicto testamento, seu privilegio plenius comprensis. Et in instrumento scripto manu dicti *Leonardi* sub anno Domini millesimo dugentesimo septuagesimo quarto, *indictione secunda*, die tertio *exeunte septembri*, in quo continentur largitiones, donationes, traditiones, atque concessiones perpetualiter facte eisdem preposito & capitulo per bone memorie venerabilem patrem dominum *Aymericum* tunc *Cesene* electum de plebe sancti *Mauri Cesenat.* diocesis, cum titulis & capellis suis, decimationibus omnibus, & cum recepto frumenti, annone, carnium, & pullorum, & quocumque alio reddittu, consuetis etiam debitis dicto Episcopatui a plebe predicta, & insuper de omni dominio omnique jurisdictione, usu, seu consuetudine, qui dicto Episcopatui competebat, seu pertinebat, vel competere, aut pertinere viderentur, vel poterant in plebe eadem, & capellis ipsius, & in rectoribus, & clericis earumdem, & de pleno jure instituendi, destituendi, visitandi, corrigendi, suspendendi, interdicendi, excommunicandi, deponendi, privandi, & absolvendi, & in eis plenam jurisdictionem in omnibus exercendi, tam in Civilibus, quam etiam in criminalibus, & cetera generaliter & specialiter exercendi, quod ad jus & jurisdictionem Episcopalem in dicta plebe, & capellis, rectoribus, & clericis earum pertinebat, et de canonica portione testamentorum, et aliarum ultimarum voluntatum, que ad ipsos Episcopum, & Episcopatum de jure spectabant per totum plebatum dicte plebis sancti *Victoris* in *valle* et etiam per totum plebatum sancti *Mauri*, et de quibusdam aliis jurisdictionibus, juribus, et rebus in eodem instrumento plenius comprehensis, et generaliter in multis aliis privilegiis, et instrumentis super premissis, et aliis inde confectis, etiam ab antiquo, quibus continentur multe largitiones, donationes, concessiones, exemptiones, et indulgentie dudum facte per multos predecessores nostros, de quibus appareat, et nobis fuerunt exhibita, et ostensa publica, et autentica instrumenta non vitiata, non cancellata, neque abolita in aliquam partem sui. Et maxime instrumentum concessionis facte dictis dominis preposito, et capitulo per venerabilem patrem bone memorie dominum *Joannem* divini respectus operatione Episcopnm *Cesenatem* sub anno domini *millesimo quadragesimo secundo indict. decima die secundo junii* scriptum manu *Joannis* notarii. Et instrumentum concessionis facte eisdem dominis preposito, et capitulo per bone memorie venerabilem patrem dominum *Ugum* divini respectus operatione Episcopum *Cesenat.* sub anno domini *millesimo centesimo sexto* per *Bonfilium* notarium. Iem instrumentum concessionis facte predictis dominis preposito et capitulo per bone memorie dominum *Oddonem* sancte *Cesenat.* Ecclesie Episcopum sub anno domini *millesimo centesimo quinquagesimo quinto die decimo nono mensis Madii* indict. tertia scriptum manu Johannis tabellionis. Item instrumentum concessionis facte eisdem dominis preposito, et capitulo per bone memorie dominum *Leonardum* sancte *Cesenat.* Ecclesie Episcopum anno domini *millesimo centesimo septuagesimo quinto die septimo mensis Novemb. indict.* 8. scriptum manu *Petri Turriensis Cesen.* Tabellionis. Item aliud instrumentum traditionis, confirmationis, concessionis facte prefatis dominis preposito, et capitulo per bone memorie dominum *Leonem* sancte *Cesenat.* Ecclesie Episcopum sub anno domini *millesimo centesimo octuagesimo sexto die decima tertia mensis martii, indictione quartes* scriptum manu *Conversi* Tabellionis. Item aliud instrumentum confirmationis, renovationis, translationis, et perpetualis transactionis facte premisso capitulo per bone memorie dominum *Oddonem* sancte *Cesenat.* Ecclesie Episcopum sub anno domini *millesimo ducentesimo octavo, die ultimo mensis julii, indict. undecima* per manum *Ugolini* Cesene tabellionis scriptum. Item instrumentum traditionis, et confirmationis, atque concessionis facte predictis preposito, & capitulo per bone memorie dominum *Manzinum* sancte *Cesenat.* Ecclesie Episcopum sub anno domini *millesimo dugentesimo trigesimotertio die decimo sexto intrante maio indictione sexta* scriptum manu *Albiici* notarii. Que omnia, et singula, et in iis contenta, ex certa scientia approbamus, ratificamus, confirmamus, et etiam innovamus. Et insuper per nos. nostrosque successores in perpetuum vobis dominis *Bulgaro* preposito, *Riali*, *Raynaldo*, *Albertino*, *Michaeli*, et *Henrico* Canonicis Ecclesie *Cesen.* pro vobis et capitulo dicte Ecclesie pro

vestris successoribus in perpetuum recipientibus volentes discedere a litibus et controversiis, quas vobis cum infrascriptis occasionibus, vel aliis hujusmodi transactionis nomine, sive causa pro bono pacis, et quietis vobiscum habendo de novo damus, tradimus, et concedimus predictas plebes, ecclesias, capellas, oratoria, hospitalia infrascripta, videlicet hospitale sancte *Marie de Charitate*, quod dicitur magistri *Ugolini*, hospitale sancte *Marie* de *Valviridi*, quod dicitur *juxta mont.* hospitale S. *Bartholi*, et Antonii de *Campo Boum*, et hospitale Sororis S. *Margarite*, et hospitale sancti Joannis Evangeliste de plebatu sancti *Victoris*, alia loca pia in predictis plebatibus, civitate, et burgis, et in toto vicariatu civitatis *Cesene* constituta, etiam in posterum constituenda. Confirmamusque, concedimus, et plenam, et integram jurisdictionem Episcopalem, que nostris predecessoribus, et Episcopatui prefato, seu nobis in predictis locis eorum quolibet competit, seu hactenus competebat, omnemque legem dioces., et jurisdictionis cum potestate, et auctoritate rectores, et clericos in eisdem plebibus, & ecclesiis & capellis, atque locis instituendi, destituendi, visitandi, corrigendi, suspendendi, interdicendi, excommunicandi, deponendi, privandi, & absolvendi, ac in eis plenam jurisdictionem in omnibus exercendi tam in causis civilibus, quam etiam in criminalibus, sicuti nostri predecessores nomine Episcoparus facere potuerunt tam de consuetudine, quam de jure. Et cetera generaliter & specialiter exercendi, que ad jus & jurisdictionem Episcopalem in dictis plebibus, ecclesiis, capellis, & locis, & rectoribus, & clericis eorum seu earum quomodolibet pertinebat, salva, & reservata nobis nostrisque Successoribus nomine Episcopatus una quarta vacce, quam dicta pleb. sancti *Mauri* annuatim solvit & solvere tenetur predictis, salvo etiam quod rectores, & clerici dictarum plebium, ecclesiarum, capellarum, atque locorum possint ad nos, nostrosque successores apellare, quandocunque in causis predictis per vos indebite gravarentur: insuper donamus, tradimus, atque concedimus, & perpetualiter transactamus per nos, nostrosque Successores nomine episcopatus vobis recipientibus pro vobis vestrisque successoribus nomine canonice predicte in perpetuum canonicam portionem testamentorum, & aliarum ultimarum voluntatum de jure spectantem nobis & nostris successoribus ab hac hora in antea in perpetuum per totum plebatum sancti *Victoris* in *valle*, atque totum plebatum sancti *Mauri* ultro fluvium *Sapis*, ut liberam ipsam quartam portionem canonicam deinceps in perpetuum per predictos plebatus, ut dictum est, percipere, & exigere, & habere pacifice valeatis vos, & vestri successores nomine canonice *Cesene*. Et tam . . . . quam commiss. & alias quascumque predictas, de quibus dicta canonica portio solvi debebit censura ecclesiastica ad solutionem procurandam compescere monendo, excommunicando, interdicendo, precipiendo, & absolvendo, sicut nos cum nostris successoribus facere possemus tam de consuetudine quam de jure. Preterea vobis, ut dictum est, remittimus, damus, tradimus, & perpetualiter transactamus, atque refutamus, recipientibus pro vobis vestrisque successoribus nomine Canonice predicte per nos, nostrosque successores in perpetuum canonicam portionem, que nobis, nostrisque successoribus competit, & in posterum competere videbitur in omnibus & singulis legatis, que per testamentum, vel quamlibet aliam ultimam voluntatem relicta sunt, seu etiam relinquentur deinceps vobis preposito, vel canonicis, S. nominatim ipsis, vestrisque successoribus, aut per aliquem vestrum, vestrorumque successorum eidem Canonice, vel Ecclesie Cesenat. ut premissis autem omnibus hec tantummodo exceptamus, & reservamus vestro consensu pro nobis, & Episcopatu nostro nostrisque successoribus ab honore Pontificalis officii videlicet, cathedraticum debitum, & consuetum annuum, S. duos soldos usualis monete pro unaquaque plebe, & ecclesia predictornm locorum, & etiam canonicam portionem, id est quartam omnium testamentorum, aliarumque ultimarum voluntatum, que fient in posterum per cives, & incolas, seu habitatores Civitatis, burgorumque *Cesene* citra predictum fluvium *Sapis*, & per omnes singulas predictas habitare hactenus consuetas in castro *Raversan* vel ejus curia, & etiam per aliquem parochianum alicuius Ecclesie, seu monasterii constitutorum citra fluvium *Sapis*, in Civitate, burgis, seu suburgiis *Ces.* ita quod cathedraticum, & predictam canonicam portionem nos nostrique successores absque contradictione vestra, seu molestia vestrorumque successorum libere percipere valeamus. Nihil aliud omnino nobis, & Episcopatui, nostrisque successoribus in premissis per nos nostrosque successores datis, traditis & concessis vobis vestroque capitulo quomodolibet reservantes. Teneamur quoque nos nostrique in perpetuum successores predictarum ecclesiarum, oratoriorum, & piorum locorum ad vestram vestrorumque successorum petitionem, & voluntatem sine difficultate clericos ordinare, eisque ordines conferre, & cetera que sunt ordinis Episcopalis libere vobis, vestrisque Clericis, & Ecclesiis, ac rectoribus hospitalium exhibere, & concedere atque favorabiliter impertiri, secundum consuetudinem hactenus observatam iuxta canonica instituta. Hec quidem vobis facimus tam ex causa transactionis pro bono pacis & quietis vobiscum habendo super litibus, & discordiis, quas nos vobiscum dictis de causis habebamus, & in futurum verisimiliter habere possemus, quam etiam amore Dei pro remedio, & salute anime nostre, animarum predecessorum, & successorum nostrorum, & ut cum eisdem simus participes missarum, orationum, & aliorum divinorum, que in nostra Ecclesia celebrantur, & celebrabuntur in posterum pro vivis, quam pro defunctis. Et vos cum vestris successoribus nobis nostrisque successoribus sitis in nostris honoribus, & jurisdictionibus rationabiliter defensores, favorabiles & gratiosi, & teneamini cum vestris successoribus devote facere anniversarium nostrum in Ecclesia Cesenat. Que omnia & singula per nos, nostrosque successores vobis recipientibus pro vobis, vestrisque successoribus nomine Canonice, seu Ecclesie vestre promittimus per stipulationem rata, firma perpetua habere, atque tenere, & in nullo contravenire, aut contrafacere aliqua occasione sub pena centum unciarum auri optimi, qua etiam pena soluta, vel non hec omnia, & singula firma permaneant & serventur.

Ad cuius rei perpetuum robur, & testimonium de his mandamus per manum *Petri* de *Aquarola*, & *Guccii* notarii nostrorum, & *Guidonis* de *Moleone* notario fieri publicum instrumentum.

Acta sunt hec *Cesene* in Palatio Episcopali presentibus.

Domino *Jacobo* preposito *Foropop*.

D. *Donato* priore ordinis *Vincareti*

Fr. *Andrea* de dicto ordine.

D. *Bartolino Carnevale* judice

Magistro *Joanne* de *Forolivio* notario

Ser Petro *Saba* de *Ferraria*

Presbytero *Avanzato* capellano D. Episcopi

Joanne de *pane* notario, et

Clenito Michaelis Notario, aliisque pluribus convocatis ad hec testibus, & rogatis sub anno domini millesimo trecentesimo decimoquinto die 5. mensis martii. (2

Defun-

Defunctus est *Joannes* an. 1321. (3) die vigesima prima Augusti, & sepultus est in Cathedrali, de quo *Rub* lib. 6. ejusdemque meminit *Cæsar Clementinus* in sua Ariminensi Historia.

ADDITIO

(1) Sequenti mox anno MCCCXIV. *Ravennatensi* Provinciali Concilio interfuit, quod in Ecclesia S. *Nicolai* oppidi *Argentae* celebratum adfert Labbeus tom. XI. Concil. pag. 1004.

(2) Biennio post nempe an. 1317. adfuit alteri Provinciali Concilio, quod *Raynaldus Ravennas* Archiepiscopus habuit Bononiae. Porro an. 1318. ut ex *Manzonio* refert *Braschius* cap. XXII. p. 260. Imaginem B. *Mariae Virginis* in plebana Ecclesia *Montis Regalis* antea constitutam *Joannes* transtulit ad Sacram aedem *Caesenae* proximam Coenobii Monachorum sancti *Benedicti*, ubi adhuc existit; religiose colitur, & *B. Virgo de Monte* nuncupatur.

(3) *Braschius* annum Joannis emortualem scribit MCCCXXII.

XLIX. GERARDUS ex Canonico *Urgellensi* electus est Episcopus an. 1323. idib. Martii. Urbem solemni ritu ingressus est die 16. Augusti ejusdem anni. (1) Sequenti vero ad Ecclesiam *Cerviensem* translatus est. Ex Reg. Vatic. ann. 8. Joan. Papæ XXII.

ADDITIO

(1) Quod confirmant *Annales Caesenates* t. XIV. Rer. Italic. col. 1141.

L. THOMAS de *Murro*, *Joannis Cardinalis de Murro* nepos ex priori sæcularis Ecclesiæ *Sanctæ Mariæ de Solis Bituricensis diœcesis* Apostolicusque Capellanus, eligitur *Cæsenæ* Episcopus 17. Kal. Aug. 1324. (1) Præfuit annos 2. & ad Ecclesiam *Anconitanam* transtulit illum Pontifex idem *Joannes* XXII. an. 1326. 16. Kal. Jul. ex eodem Vatic. Regest.

ADDITIO

(1) Porro ut *Annales Caesenates* antea laudati col. 1142. narrant, *die Sabbati VI. Octob.* Frater *Hondideus Procurator* domini *Thomae de Murro* Episcopi *Caesenae* accepit tenutam Episcopatus pro eo.

LI. Fr. AMBROSIUS Ordinis Erem. S. *Augustini* insignis Theol. eadem sede insignitur 7. Kal. Julii 1326. obiit vero an. 1333. (1) ut habetur in eodem Regest. Vatic. Memini me legisse apud *Augustinum Crudelem* in libro, quem edidit *de Vir. Illustr. Venetis*, *Franciscum* quemdam *Brevium Venetum* Jurisconsultum celebrem *Romanæ Rotæ* auditorem, qui *Patavii*, alibique jurisprudentiam publice professus fuerat, Episcopum *Cæsenatem* adlectum fuisse an. 1330. Verum cum in Regestis Vaticanis in demortui *Ambrosii* locum ad *Cæsenatem* Ecclesiam promotum legerim *Joannem Baptistam Acciajolum* an. 1333. illum ex albo *Cæsenatium* Præsulum dispunximus. (2)

ADDITIO.

(1) 1332.

(2(

(2) Non dispunxit tamen *Braschius Mem. Caesen.* p. 265. fortasse ratus, *Caesenati* Sedi insigniorem aliquam amplitudinem ex majore Antistitum numero obventuram. Verum *certum est*, inquit *Mandosius*, cujus verba extremae *Ughelliani* textus paginae a *Coleto* adscribuntur, *errasse omnes qui Franciscum Brevium Caesenatensem Episcopum dixerunt*. Namque *Brevius* non fuit *Caesenatensis*, sed *Cenetensis* Episcopus. Error irrepsit nominis affinitate. *Cenetensem* vero *Brevium* dixere etiam *Mantua* in *vitis recentiorum Jurisconsultorum* p. 38. Portinarius in hist. Patavin. p. 212. & alii.

LII. JOANNES BAPTISTA Acciajolus, *Laurentii*, & *Mathiæ Castaldæ* filius nobilis *Florentinus*, germanus frater *Angeli* Episcopi *Florentini*, decretorum doctor, Cæsenæ adlectus est Episcopus defuncto *Ambrosio* an. 1333. (1) 3. Kal. Novemb. ex Reg. Vatic. Vicariam operam præstitit tam in temporalibus, quam in spiritualibus *Bertrando Bononiensi* Episcopo (2) an. 1335. ætatem produxit usque ad an. 1342. (3) de quo etiam loquitur *Mathæus Palmerius*. (4)

ADDITIO NOSTRA.

(1) 1332.

(2) *Optimus is Antistes*, inquit *Braschius* cap. XXII. p. 264. *Claramontium sequutus lib. XIII. misertus populi sui, qui a Francisco Ordelapho tyranno deprimebatur, pro hujus expulsione, redditu que Cæsenæ in potestatem Sedis Apostolicæ viriliter laboravit. Verum re detecta idem tyrannus* Joannem *Baptistam Episcopum contumeliis affectum de sua sede dispesuit, & a Civitate abire coegit. Ne ipsis quidem Canonicis parcitum est. Placuit* (Annalium Cæsenatium verba sunt apud Muratorium t. XIV. col. 1165.) *placuit Francisco de Ordelaffis Capitaneo Civitatis Cæsenæ, & Forumlivii dominanti, quod Præpositus, & Canonici cum suis famulis de Canonica se absentarent: & sic dixit, & facta sunt. Ideo sub anno Domini MCCCXXXV. Indict. III. domino Benedicto XII. Papa regnante die IX. Novemb. Albertus Præpositus discessit, & ceteri Canonici, & Capellani postea subsequenter, præter dominum Rialem, qui remansit ibi confidenter, amicorum suorum tunc regentium securitate fulcitus, & præter dominos Franciscum, & Buccitum, qui se prius eodem jussu mensibus pluribus absentarunt.*

(3) Qui Urbe pulsus fuerat.

(4) Locus ergo nullus in *Caesenatium* Antistitum serie superest *Theodorico de Faventia Ordin. Praedicat.*, quem *Joannes Michael Plodius*, *Manzonius*, & *Braschius* p. 264. *Acciajolo* suffectum scribunt an. 1338. nisi fortassis velimus aut ab Ordelaffo tyranno in *Acciajoli* sedem intrusum, aut ab *Acciajolo* absenti delectum, qui in ea suae Ecclesiae tempestate vices sui ipsius absentis gereret, atque hinc de ejus Episcopatu aliquid vulgo percrebuisse.

LIII. Fr. BERNARDUS de *Martellinis* nobilis *Florentinus Lippi* filius Ordinis Eremit. *S. August.* Theologiæ, ac Philosophiæ scientia claruit, sacrisque litteris egregie instructus hujus Ecclesiæ Episcopus factus an. 1342. XV. Kal. Aug. *ex R. Vat. Epist.* 39. *Clementis 6.* obiit 1348. sepultus in Ecclesia Sancti Augustini Cæsenæ, ubi olim hæc inscriptio existebat.

M.

M. CCC. XXXXVIII. DIE XXVIII.

IVLII

OBIIT VENERABILIS IN CHRISTO P.

DOMINVS

FR. BERNARDVS DE MARTELLINIS

DE FLORENTIA

ORD. FRAT. EREMITARVM

HIC EST INTRO TVMVLATVS

SPIRITVS AVTEM

(1)

ADDITIO NOSTRA.

(1) De eo *Claramontius* in *hist. Caesen. p.* 576. & *Braschius Mem. Caesen. cap. XXII. p.* 264.

LIV. Fr. GUILLELMUS *Mirolius Bononiensis Ord. Minorum*, Piceni Inquisitor ad hanc Ecclesiam evocatur a Clemente VI. anno 1348. 5. non. Octob. per obitum *Bernardi* notatur in Reg. Vatic. (1). Obiit vero 1358. Quo Præsule *Innocentius* VI. jura, & immunitates *Cæsenatis* Capituli in hunc modum confirmavit. (2)

Innocentius Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Capitulo Ecclesie *Cesenat.* salutem & Apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod justum est & honestum tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per solicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum; ea propter dilecti in domino filii vestris justis postulationibns grato concurrentes assensu omnes libertates & immunitates a predecessoribus nostris Romanis Pontificibus, sive per privilegia seu alias indulgentias vobis & Ecclesie vestre concessas nec non libertates et exemptiones secularium exactionum a Regibus et principibus ac aliis Christi fidelibus rationabiliter vobis et eidem Ecclesie indultas sicut eas juste et pacifice obtinetis vobis et per vos eidem Ecclesie auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere etc. Datum Avenione xi. Idus Aprilis Pontificatus nostri anno primo.

P. de *Albiana*.

ADDITIO NOSTRA.

(1) Is etiam Guillerminus dicitur. Ceterum ad ejus electionem quod spectat, confer Wadingum in *Annalibus Minorum* tum ad an. 1348 ubi litteras recitat, quibus *Clemens* illi *Caesenatem* detulit Episcopatum, tum ad insequentem annum 1349. ubi alias reddit eiusdem *Clementis* litteras, quibus ob non susceptam intra tempus a sacris Canonibus praestitutum consecrationem cum eo dispensavit. Sunt qui *Bernardo* defuncto *Caesenatem* Episcopum electum velint *Marcum Tibertum*. Non id ego praefracte negaverim; sed in litteris Pontificiis ad *Guillelmum* nulla ejus mentio, sed tantum demortui Bernardi. Quamobrem id unum restat, designatum fortassis primo fuisse *Tibertum*; deinde aliqua, quam ignorari a nobis mirum non est, de causa, confirmatum in proposita dignitate non fuisse.

(2) An. scilicet 1353., superiore anno nempe MCCCLII. Indiction, V. die VIII. Aprilis (quod narrant Annales Caesenates a Muratorio vulgati t. XIV. col 1181.) *Venerabilis Pater & Dominus*, dominus *Guillelmus Episcopus Cæsenæ sanctissimam*, vene-

venerandamque manum Sancti Gregorii in suis manibus sociatus a toto Clero, & populo Cæsenate a loco S. Gregorii ad majorem Ecclesiam Cæsenæ reverenter portavit, atque translatavit: & in ipsa majori Ecclesia dimisit eamdem, ut ibi perpetuo debito honore servetur. Quare audiendi non sunt *Manzonius* & *Claramontius*, qui hanc translationem *Lucio* nescio cui Episcopo *Lucii Calliensis* successori, (hunc cum Ughellio jure, & merito rejiciemus) an. 1374. aut sequenti adscribunt. Exstat etiamnum cujusdam narrationis monstrum, quod *exemplum* dicitur *chronici olim servati apud Petrum Antonium Matthaei del Bastardo Caesenatem*. In eo autem *Amsilius de partibus occidentis* cum *Romam* adiisset ex *Gregorianis* Monachorum *Camaldulensium* aedibus sacram hanc manum abstulisse fertur, illo vero reduci, atque apud *Caesenam* morte correpto *Lucius Caesenas* dicitur tanto thesauro Ecclesiam suam ditasse in *diebus illis, dum ab ortu Christi Dei, & Domini nostri mille trecentorum septuaginta quinque annorum laboretur curriculum, & sancte Sedis apostolice cathedram Rome Urbanus Papa V. digne teneret, & regeret*. Verum praeter quam quod nihil de hac fabella doctissimis *Annalium Camaldulensium* Scriptoribus suboluit, quodque gravius est, nihil Anonymo *Annalium Caesenatium* Auctori illorum temporum aequali, qui si quid ea de re vulgi sermonibus fuisset tunc usurpatum, indicare non omisisset, vel unus *Urbani* V. Pontificatus, cum anno 1375. colligatus eam aperte convellit, *Urbanus* enim quinctus 19. decembris an. 1370. diem jam suum obierat. Itaque nullus dubito, quin *Guillelmus*, quam in aedibus S. *Gregorii* servari ab antiquis temporibus noverat, magni Pontificis manum, amplioris cultus gratia in princeps templum transferri voluerit; sed ut ad amplificandas rerum, quas ignorat, causas pronus est populus, ea quincto decimo jam adulto saeculo excogitata fuerit fabula de *Amsilii Caesenam* adventu, ereptaque ab illo *Camaldulensibus* Monachis manu. Ad *Guillelmum* ut redeat oratio „ cum lis, & discordia, & dissensionis, & scandali materia du-
„ dum orta esset inter Reverendum & .... fratrem Leonem de Merlis de Moduccia prio-
„ rem provincialem locorum fratrum ordinis Celestinorum Monasterii sancti spiritus pro-
„ pe Sulmonam Valvensis diocesis ordinis Sancti Benedicti, cujus Beatus Petrus de Mo-
„ rono extitit Institutor in provincia Tuscie, & Romandiole specialiter deputatum Eccle-
„ sie Monasterii, sive loci sancti Jeronimi de Cesena dicti Ordinis, & dicto Mo-
„ nasterio & ordini subjecti, & fratres dicti loci ex parte una & prepositum,
„ Canonicos, & capitulum Ecclesie Cesenatis, & Syndicum, & Procuratorem
„ ipsorum ex parte altera, in eo & super eo quod dicti prepositus, Canonici &
„ Capitulum impediebant, turbabant, & molestabant fratres dicti loci de Cesena,
„ & Dardanum quondam Benedicti de Cesena qui dictum locum dicitur fundavis-
„ se & eisdem fratribus donavisse, hedificare & in hedifitio procedere dicti loci,
„ asserentes ipsum locum sine ipsorum licentia & consensu non posse per predi-
„ dictos fratres licite hedificari, in quo hedificatus est, seu hedificari inceptus in
„ prejudicio ipsorum; anno MCCCLIV. die Martii XXVI. inita inter eos tandem concordia fuit; illique praefuit *Guillelmus*, suaque cum auctoritate firmavit. Illud porro sub eo accidit longe tristissimum, quod iidem *Annales* referunt col. 1184. nempe Domina *Cia* (de ordelaffiis) Deum prae oculis non habendo, dicta die (XXVII. Maii an. 1357.) comburi fecit campanile episcopatus Caesenae, cum omnibus domibus ejus, & omnes alias domus Episcopatus usque ad Castrum Caesenae.

LV. Fr. VITALIS de *Cæsena* ejusdem Ord. *Minorum* successit *Guillelmo* an. 1358. idib. April. ex *Reg. Apostol.* vitam liquit an. 1363. In ædibus sancti Officii *Pisarum* hæc de eo legitur inscriptio nuper a *Manzonio* posita.

FR.

FR. VITALI DE CÆSENA
EPISCOPO CÆSENAT. EX ORD. MIN.
CONVENT. S. FRANC.
ASSVMPTO INQVISITORI PRIVS IN TVSCIA
DEINDE IN FLAMINIA CONTRA HÆRETICAM PRAVIT.
ACERRIMO
HOC MNEMOSYNON IN PATRIAM
ORD. ET CONVENT.
DEVOTIONE POSVIT MENSE IVLII ANNO
MDCXXXVI
FR. BERNARDINVS MANZONIVS CÆSENAS
GENERALIS PROVINCIÆ HVIVS PISANÆ
APOSTOLICVS INQVISITOR
A SANCTA SEDE APOSTOLICA
DELEGATVS. (1)

ADDITIO

(1) De eo *Wadingus in Annal. Minor* ad an. 1358.

LVI. BENCIVENUS (1) *Bononienſis*, *Cæſenas* Epiſcopus fuit, Vicarius que *Aymerici Cati* Epiſcopi *Bononienſis* eod. an. 1363. quo ad hanc Sedem aſcendit. Obiit 1368. (2) de quo *Nicolaus Paſqualinus Alidoſius* in lib. *de viris illuſtr. Bonon.*

ADDITIO

(1) Qui & *Bezevannes*, immo & *Bencomes*.
(2) 1364. poſt 13 Junii diem. Vide adnot. tertiam ad Lucium.

LVII. LUCIUS de *Callio* (1) Canonicus *Paduanus* (2) electus (3) 1363. idib. Decemb. ſucceſſit *Bencivenno* ex *Reg. Vatic.* collector ſpoliorum fuit in *Hetruria*, degenſque *Florentiæ* an. 1370. *Cervienſem* Epiſcopum conſecravit *Bernardum Guaſconum* nobilem *Florentinum* juſſu *Urbani quinti* (4) Anno vero 1373. die 2. menſ. Novemb. ſimul cum Septimiano abbate ord. *Ciſtercienſ. Gregorii* XI. Pontificis ſententia, monachis *montis oliveti* poſſeſſionem nobilis Abbatiæ Sancti *Miniatis* extra, & prope muros *Florentinos* tradidit. Eccleſiæ *Piſanæ* viſitator deputatur ab eodem Gregorio an. 1372. ad quam inviſendam die 10. Martii ejuſdem anni acceſ-

ſit.

fit. Mox anno 1374. ad Ecclefiam *Volaterranam* in *Hetruria* translatus eft. Tradunt aliqui *Lucio Callienfi* translato in *Cæfenatenfi* fede fucceffiffe quendam *Lucium* alium *Romanum* e gente *Sabella*; fed nulla de *Sabello*, aliove *Lucio* (5) neque in *Vatic. Reg.* neque in libris *obligat. & provif. Prælat.* aliifque romanis monumentis mentionem reperi, ideoque merito haud inter *Cæfenates* Epifcopos *Sabellum* numeramus.

ADDITIO NOSTRA.

(1) Is in Vaticanis inftrumentis dicitur nunc *de Callio*, nunc de Civitate *S. Angeli Papali*.

(2) Priorem fuiffe novi Ecclefiae Callienfis; Canonicatus Paduani tabulas defidero.

(3) Scribendum puto 1364. Nam XIII. Junii adhuc *Bencivennus* Epifcopus erat; quo die Vaticana monumenta vifitationem liminum ab eo peractam adnotant; die autem fecunda infequentis Januarii *Lucium* Epifcopum Caefenatem eadem vaticana archiva exhibent.

(4) Eodemque anno, ut referunt Annales Camaldulen. t. VI. p. 110. recepit a *Johanne* priore generali *Camaldulenfi* uncias auri pro annis quatuordecim die tertia Februar.

(5) Alter hic *Lucius* non nifi ex illa, quam fupra confutavimus, fabula de *Magni Gregorii* manu ex urbe ab *Amfilio*, *Lucii* temporibus, translata in *Caefenatum* Epifcoporum catalogum illatus fuit.

LVIII. JACOBUS Epifcopus *Cæfenas*, primus, qui occurrat poft *Lucii Callienfis* translationem (1) de quo mentio anno 1379. die 8. Octobr. in authentico exemplari Apoftolicarum litterarum *Urbani* VI. quod exftat in Archivio fratrum *Minorum Cæfenæ*, ut narrat *Chronologiæ Cæfenatenfis* Auctor in notula ab ipfo nobis tranfmiffa fequentis tenoris: „ In nomine Do- „ mini Amen. Anno a nativitate ejufdem 1379. indict. 2. die 8. Octobr. hoc „ exemplum coram venerabili viro *D. Laurentio* majoris Ecclefie Cefene „ prepofito, Reverendiffimi Patris domini *Jacobi*, Dei, & Apoftolice Se- „ dis gratia Epifcopi Cefenatis in fpiritualibus & temporalibus Vicario „ Generali a me not. infrafcripto ec. = Hæc notula videtur vitiata in chronologia gratifque additum nomen illud *Fratris* Ordinifque *Servorum*, neque *Aloyfium* reperimus anteceffiffe *Jacobo* in Romanis monumentis. (2) Cæterum *Urbanus* VI. an. 1318. novam Cathedralem *Cæfenatenfem* ædificandi facultatem conceffit fequenti diplomate, quod erat in Canonicorum Archivio in hunc, qui fequitur, modum.

Urbanus Epifcopus Servus Servorum Dei.

Venerabili fratri Epifcopo *Bertinorien.* falutem, & apoftolicam benedictionem. Juftis petentium &c. exhibita fiquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Prepofiti & capituli (3) ac Civium, & communis Civitatis noftre *Cefenat.* petitio continebat, quod cum Ecclefia Cathedralis ipfius Civitatis, eo quod pofita fit, & inclufa in Citadella, feu fortalitio, alias vulgariter murata nuncupato in parte Civitatis ejufdem per tutionem, & falvationem ftatus Ecclefie *Romane* conftitute, difficulter adiri queat, et in loco alio neceffario fit reponenda, fitque in civitate ipfa quedam Ecclefia Parochialis *crucis marmoris* apellata ad collationem feu prefentationem dilectorum filiorum Capituli fupradicti pertinens, ubi Ecclefia ipfa Cathedralis decenter conftitui et erigi poterit commode. Pro parte eorundem Prepofiti, et Capituli, ac Civium, et communis fuit nobis humiliter fuplicatum, ut edificandi & erigendi in loco ejufdem Ecclefie Parochialis novam Ecclefiam Cathedralem in honorem, & fub vocabulo S. Joannis Baptifte, ficut antiqua Ecclefia erat, licentia de benignitate Apoftolica concedere dignaremur. Nos igitur cum de premiffis non habeamus

mus notitiam, fraternitati tue presentium tenore mandamus, quatenus ad nostram Civitatem *Cesenat.* personaliter te conferas, et de premissis inquiras, et si inveneris ita esse, dicti Preposito et Capitulo, Civibus, a Communi, ut cedente, vel decedente dilecto filio nostro supradicte Parochialis Ecclesie, qui nunc est, construendi, et erigendi in eodem loco Ecclesiam Cathedralem hujusmodi in honorem, et sub vocabulo S. *Joannis Baptiste* provide, quod ipsa Ecclesia antiqua que in fortalitio predicte Civitatis ad usus profanos non redigatur sed preficiatur aliquis Presbyter, qui eam regat, et officia, et divina celebret in eadem auctoritate Apostolica licentiam postulatam: Quodque Ecclesia nova edificata, et constructa fuerit, ac persone degentes in ea omnibus immunitatibus, libertatibus, indulgentiis, donationibus, ac privilegiis, quibus antiqua Ecclesia gaudere solebat gauderent eadem auctoritate concedas, Constitutionibus Apostolicis non obstantibus quibuscumque.

Datum Tibure quarto non. Aug. Pontif. nostri an: primo.

ADDITIO.

(1) Occurit tamen mihi alius in Vaticanis Archivis *Frater* inquam *Johannes*, cujus a die XIV. Januarii 1374. ad Aprilem, an. 1376. indicata vidi instrumenta.

(2) Hunc tamen Aloysium de Aloysiis Civem *Caesenatem*, etsi romana monumenta illum silent, haud ego dispungerem, quum *Bernardinus Manzonius* eum an. 1378. triennio post adeptam dignitatem cum aliis quatuor infulatis Praesulibus altare Ecclesiae S. *Sixti* Pisis consecrasse testificetur; quod *Pisis* quum degeret, facile scire potuit, ipso etiam consecrationis monumento fortassis inspecto. At quid caussae esse potuit, cur *Pisis* eo anno *Aloysius* degeret? Non levis sane. Illo nempe anno *Pisas* adierat *Johannes de Grangia* S. R. E. Cardinalis, & Apostolicae Sedis Legatus, quem nonnullos Praesules, in iisque *Aloysium* comitatos fuisse quid mirum?

(3) Hinc autem quum nulla Episcopi mentio fiat, non inscite conijcit *Braschius mem. Caesen.* cap. XXIV. pag. 302. vacasse tunc Caesenatem Sedem *Aloysio* defuncto. Caesenatum igitur Episcoporum hujus temporis ita refingenda Chronotaxis videtur. Translato Lucio sub initium Januarii 1374. ad Aprilem a. 1376. Episcopalem ibi Cathedram tenuit Fr. Johannes.

Aprili vero mense, aut insequente Majo *Aloysius* eamdem Ecclesiam rexit ad Julium Mensem, aut initium proximi Augusti 1378. Huic ipso illo anno 1378. successit *Jacobus*.

LIX. AVERARDUS Brixiensis Ord. Prædic. inter Episcopos Cæsenates reponitur an. 1383. ab auctore chronologiæ ex *Seraphino Razzio lib. de viris illustr. Ord. Prædic.* de quo acta romana altum tenuere silentium.

(LX. JULIUS de *Malesardis Cæsenas* patriæ Episcopus anno 1385. a *Manzonio*, & *Braschio* adsignatur. Quo fundamento, ipsi viderint, silentibus de eo Vaticanis Registris.)

LXI. JACOBUS Episcopus *Cæsenas*, de quo mentio habetur in quodam documento apud Patres Eremitanos *S. Augustini Cæsenæ*, ut refert notula Auctoris *Chronologiæ*, quam nobis in authentica forma e *Patria Romam* transmisit his verbis conscriptam ab originali.

In nomine Domini Amen. Anno a nativitate eiusdem 1391. indict. 13. tempore SS. in Christo Patris DD. Bonifacii Papæ IX. die 13. April. Venerab. Vir. Dom. Sanctes Archipresbyter plebis Sancti Mauri Reverendique in Christo Patris DD Jacobi Dei & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Cesenatensis Vicarius generalis &c.

Eodem vitio laborat hæc notula in chronologia relata, dum gratis addita videntur illa verba: *Fr. Jacobi Carmelitæ*, quo alia, de qua in primo Jacobo diximus. Cæterum satis dubito Jacobum hunc eundem esse cum alio superiori, cum de *Averardo* nulla certa memoria existat apud cordatos scriptores, quod *Cæsenatensem* sedem tenuerit hoc præciso anno 1383. inter *Jacobum primum*, & hunc, quem *secundum* vocant. Potuit certe *Averardus* hanc obtinuisse Ecclesiam, sed alio quidem tempore, nisi for-

 te a

te a Pseudo Pontifice *Clemente Septimo*, vel ejus successore *Benedicto XIII.* contra *Jacobum* in eandem *Caesenat.* cathedram intrusus fuerit, (1) quod etiam repugnat, cum in Actis illorum Pseudo Pontificum, & in Libris provisionum, & obligationum eorumdem nulla de *Averardo* extet memoria. *Jacobus* vero de quo modo agitur, an ille sit, qui de familia Boschetta a nonnullis asseritur, prorsus ignoro. (2)

ADDITIO.

(1) Idem de *Julio* de *Malesardis* libentius dicerem, præsertim quum novae Cathedralis aedificatio, quam *Julio* tribuunt *Manzonius*, & *Braschius*, verosimilius Gregorio de *Malesardis*, de quo mox, adscribi debeat.

(2) *Jacobum* de *Boschettis Manzonius*, & *Braschius* ab hoc distinguunt, ac *Johanni* an. 1396. suffectum dicunt, nullis tabulis, nullo teste.

LXII. JOANNES eiusdem Sedis Antistes floruit 1394. cujus extat certa memoria in primo libro de *diversis formis Bonifacii IX. fol.* 109. (1)

ADDITIO.

(1) Huic si *Mauro Verdonio* fides, quam tamen non meretur, *Chronol. lib. VI. n.* 74. successor sub anno 1392. datus fuit Julius Aquaviva *Neapolitanus*. Mirum nihil de hoc Episcopo suboluisse *Manzonio*, nihil *Claramontio*, ac magis mirum, fuisse illum a *Braschio* quoque praetermissum, etsi *Verdonii* chronologiam non ignorabat. Cum autem hi qui in patriae suae multiplicandis Episcopis maxime liberales se se praestiterunt, *Julium* praeterierint, nos quoque illum *Verdonio* dimittamus.

LXIII. JACOBUS de *Saladinis* nobilis Civis, & Canonicus *Asculanus*, cum ad eandem dignitatem perveniffet, videreturque sibi Antipapæ *Benedicto* hæsisse, ita resipuit, ut petierit ea, quam suspicabatur contraxisse, censura ritu Ecclesiastico enodari, quod *Bonifacio IX.* mandante cumulate obtinuit an. 1398. ut habetur in *lib.* 4. *de diversis formis* ejusdem Pontificis fol. 20. (1) suum ultimum condidit testamentum in patria an. 1401. in quo pariter multa pia legata tum Ecclesiæ suæ *Cæsenatensi*, tum *Asculanæ*, universales instituit hæredes genitricem suam, nepotesque suos, præcipitque ut *Asculi* in Ecclesia *S. Francisci* in sepulcro *Nicolutii* Patris sui, ejus corpus conderetur, dum ex hac vita migrare contingeret. Decessit tandem an. 1405. ibidem tumulatur, ubi genitoris brevis hæc inscriptio legitur.

SEPULCRUM

NICOLUCII JACOBUCII

SALADINI:

ADDITIO.

(1) Quod hic *Ughellius* ex *Bonifacii IX. diversis formis de* Jacobo Asculano narrat. *Braschius* ad Jacobum de *Boschettis* refert p. 304. & quod magis mirandum, *Ughellium* testem appellans.


LXIV. GREGORIUS *Malesardus Cæsenas* ord. Prædic. ab *Innoc.*

VII.

VII. patriæ Sedi admotus est an. 1405. 4. nonas decembr. *ex pr. lib. Provis. Prælat.* novam Cathedralem substruxit (1) gentemque *Feltresiam* cum *Malatesta* invicem adversantes, raro fædere junxit. (2). Vitam finivit anno 1419. (3)

ADDITIO.


(1) Cum anno 1681. jussu Cardinalis *Ursini Caesenatis* Episcopi, qui Cathedralis principem aram, ac Presbyterium instaurare, atque in ornatiorem formam redigere adgressus fuerat, antiquae Canonicorum Sedes amotae fuissent, sepulcrum inventum est cum his intimo litteris muro cinnabari inscriptis.



tum haec legebantur in eodem muro veluti carbone notata

Quando fu reportado in la chapela questo choro, qui era sepultura de un Veschovo Frate de l'ordine di San Dominico Teologo valentissimo, el suo nome era in lo Epitafio translato del soprascritto milesimo 1419. 1419. fu sepulto lo Episcopo.

Sepulcrum porro lateritia, sed marmor simulans, tegebat hujusmodi inscriptio.



Malesardus nempe *Episcopus a fundamentis renovavit per indictionem quintam*, ut ipse interpretor, quamquam scio, aliter visum nonnullis, qui legere maluerunt, *perfecit indictione quinta*. *Braschius Manzonium* sequutus p. 301. *Malesardum* Cathedralis instauratorem *Julium* fuisse censet, qui fortasse numquam *Caesenati* praefuit Ecclesiae. Verius *Joannes Michael Plodius* in suo de Vir. illustrib. *S. Dominici* p. 11. lib. 2. pag. 123. aexedificati Principis apud *Caesenates* templi auctorem prodit *Gregorium*. Nam *Malesardus*, qui templum *a fundamentis renovavit*, is dubio procul est, qui anno 1419. defunctus fuerat, atque eo loco tumulatus; hic autem non *Julius*, sed *Gregorius* fuit. Quinta, quae in Epigraphe notatur, *Indictio* annum dessignat MCCCCXII. quo ex antiquo *Garampi* montis templo in novam Cathedralem a *Gregorio* S. Praedecessoris sui *Mauri* delatum quoque corpus accepimus. Eo igitur anno absolutum videtur fuisse templum, quod 22. Martii an. 1408. inchoatum sunt qui adfirment. Neque mirum est, tantam tam brevi spatio molem surrexisse, nam praeter pecunias a *Galeoto Malatesta* legatas *Andreas de Malatestis* non exiguam argenti vim ad urgendum opus *Gregorio* suppeditavit. Praeterea cum absolutum

lutum a *Gregorio* templum dicimus, non ita perfectum volumus, ut nihil aedificio deesset, cum plura fuisse *Gregorii* successores ad ejus perfectionem molitos sciamus, sed illud a *Gregorio* eo perductum, ut divina ibi persolvi officia commode possent.

(2) Gregorius nempe cum *Andrea de Malatestis* tanta fuit necessitudine conjunctus, ut cum *Polisenam Ladislai Neapolitani* Regis agnatam ducturus hic esset, illi non sine veterum Episcoporum exemplis, quorum aliqua *Brajchius* p. 305. in medium adfert, deducendae Caesenam Sponsae fuerit cura delata.

(3) Die Maii sexta, ut Epitaphium docet. Vide sis de eo *Bremondii* Bullarium Dominicanum P. 71. pag. 480.

LXV. Fr. VICTOR *Ariminensis* ex ordine Eremitarum *S. Augustini Gregorio* suffectus est a *Martino* V. an. MCCCCXIX. IV. Kal. Jul. (1) Obiit diem postremum 1425. de quo in prædictis libris.

A D D I T I O.

(1) Immo XXI. Maii.

LXVI. SEBASTIANUS (1) Cathedralis Præpositus (2) ad *Cæsenatem* dignitatem assumptus est an. MCCCCXXV. Idib. Decembr. Paucos menses sedit, decessitque ex eodem lib.

A D D I T I O,

(1) Quem ex *Vicedominorum* familia prodiisse ferunt.

(2) Ac *Victoris* sui praedecessoris generalis Vicarius. Verum ego eumdem omnino illum habeo, qui *Paullus Sebantinus* (hinc corruptum illud *Sebastiani* nomen) Praepositus Caesenatis Ecclesiae dicitur in Vaticanis tabulis. Electus autem fuit a *Martino* V. 19. Decembris an. 1425.

LXVII. PAULUS *Ferrantes* e *Medula Martini* quinti Datarius ab eodem Pontifice *Cæsenas* Episcopus adlectus est 1426. die 27. Febr. (1). Decessit 1431. ex eod. lib. Post cujus obitum Fr. *Augustinus* de *Favaronibus Romanus* (2) ex ord. S. *Augustini Eremitarum*, olim sui Ordin. Generalis, insignisque Theologus Archiepiscopus *Nazarenus*, factus est ab *Eugenio quarto* hujus Ecclesiæ perpetuus administrator an. 1431. Idibus Jun. En Diploma.

Eugenius Episcopus Servus Servorum Dei.

Dilectis filiis Capit. Ecclesie *Cesenat.* salutem & Apostolicam benedictionem. Cum Ecclesiarum omnium solicitudo &c. dudum siquidem in nostri Apostolatus primordiis intelleximus, quod Ecclesia vestra, cui quondam *Paulus* Episcopus *Cesenat.* dum viveret presidebat, per obitum ipsius *Pauli*, qui extra *Romanam* Curiam diem clausit extremum, vacaverat, et vacat nunc. Nos cupientes eidem Ecclesie vestre utilem, et idoneam personam etc. provisionem ipsius Ecclesie ordinationi, et dispensationi nostre duximus ea vice specialiter reservandam etc. ac ad dictam Ecclesiam vestram ne longe vacationis detrimenta subiret, paternis et soliciris studiis nostre considerationis intuitum dirigentes, attendentes, quod dilectus filius *Augustinus* de *Roma* electus *Nazaren.* administrator in spiritualibus, et temporalibus Ecclesie prædicteper Sedem Apostolicam deputatus etc. de Fratrum nostrorum consilio eiusdem administrationem per eum quoad vixerit gubernandam auctoritate Apostolica etc. prout veri Episcopi *Cesenaten.* qui fuerunt pro tempore etc. Quocirca etc

datum *Rome* apud S. *Petrum* anno Incarnationis Domini 1431. Idibus Junii Pontificatus nostri anno primo.

Hanc Ecclesiam administravit *Augustinus* ad annum usque 1435. cessitque commendæ eodem anno, ut acta indicant *Consistorialia*, decessitque *Romæ* ex hac vita multis illustribus, & gloriosis suæ sanctitatis indiciis anno 1443. ut refert *Josephus Pamphilus Cronic. Eremitar. S. Aug.* Scripsit, ediditque opera multa, quæ ab eodem recensentur. Cujus corpus in

qua-

quadam capſa reconditum in templo S. *Auguſtini* venerabiliter cuſtoditur. Auctor vero *Alphabeti Auguſtiniani* hunc *Prati* in *Tuſcia* obiiſſe narrat, ibidem apud ſuos ſepultum. Quis vero ex ipſis divinaverit judicent alii. (3)

A D D I T I O.

(2) „ Ipſo hoc anno 1426. *Paulli* fit mentio in *Annalibus Camaldul.* t. V. p. 315. „ his verbis. *Anſelmus* de *Benevenuto* Abbas Sancti *Theoniſti* de *Longiano* proteſtatus „ eſt coram *Paulo* de *Ferrantibus* de *Meldula* Epiſcopo *Ceſenate*, & coram duobus „ Canonicis ejuſdem Eccleſie, ſe non poſſe morem gerere litteris citatoriis *Joannis* „ de *Franquillis* Abbatis *S. Apollinaris* de *Claſſe*, cui ſubjiciebatur ſuum Monaſte- „ rium ob bannimenta *Caroli* & *Pandulphi* de *Malateſtis*, qui expreſſe vetaverant „ ne quis ſubditus eorum ditioni *Ravennam* ſe conferret.

, (2) De *Favaronibus Romanus* de quo fuſe *Gandulphus* de CC. *Scriptoribus Auguſtinianis*, & *Manloſius* in *Bibliotheca Romana* Cent. III.

(3) *Auguſtino Manzonius*, & *Braſchius* ſuffectum dicunt an. 1435. *Petrum Vallium* ſeu a *Valle* Romanum, qui eodem illo anno deceſſerit. Verum Regeſta Vaticana *Petrum* ignorant, nec de eo *Calliſtus* meminit in Bulla, quam mox dabimus.

LXVIII. ANTONIUS *Malateſta*, filius Comitis *Philippi de Ghiaggiolo Foroſempronienſis* Præpoſitus, cum extuliſſet uxorem, vitamque Clericalem profiteretur, ab *Eugenio quarto Cæſenas* Epiſcopus declaratus eſt 1435. (1) Non. Decembr. Hanc Eccleſiam ſumma cum laude prudentiæ multos annos adminiſtravit, (2) interfuitque *Florentino* Concilio 1439. (3) requievit in domino 1463. (4) Sepultus in Cathedrali ſupra principem portam (5) cum hoc Epithaphio.

Non procul hinc celſas conſtruxit Antonius ædes
Et templi Antiſtes plurima dona dedit.
Hic jacet ethereas conſcendit ſpiritus arces
Semproniique forum, patria terra fuit. (6)

A D D I T I O.

(1) Uti & Gubernator Tiferni, ac Burgi S. Sepulcri an. 1437.

(2) Egregium prudentiae, qua praeſtitit *Antonius* monumentum ſuppeditat auctus ab eo in Cathedrali Eccleſia Canonicorum numerus. Cum enim Eccleſiam S. *Michaelis* apud *Bagnile*, aliaſque non curatas propter paupertatem eas comperiſſet, quas nemo vellet titulo *collationis*, ſive *inſtitutionis* aſſumere, vel acceptare, unitis illarum bonis, ac juribus Praebendam inſtituit, qua novus a Capitulo creandus Canonicus frueretur. Epiſcopalem quoque menſam plurimum auxit monaſterio S. *Laurentii*, ejuſque praediis, redditibuſque ex *Calliſti* III. Rom. Pont. auctoritate in illam translatis: cujus rei hoc extat in Epiſcopali tabulario monumentum.

Ventura de Abbatibus de Ceſena Dei, et Apoſtolice Sedis gratia Epiſcopus *Briſtinorienſis*, et in Jure canonico publicel licentiatus, executor unicus ad infraſcripta Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatus. Univerſis, & ſingulis ad quen, vel ad quos monaſterium S. *Laurentii* prope muros amene Civitatis *Ceſene* Ordinis S. *Benedicti* collatio, proviſio, preſentatio, & electio, ſeu quavis alia diſpoſitio, necnon eiuſdem Monaſterii fructuum, redituum, proventuum, jurium, & obventionum, datio, & ſolutio communiter vel diviſim pertinet, omnibuſque aliis, & ſingulis quorum intereſt, interit, aut intereſſe poterit quomodolibet in futurum quibuſcumque nominibus cenſeantur, aut quacumque prefulgeant dignitate ſalutem in domino & preſentibus fidem indubiam adhibere ac mandatis noſtris hujuſmodi imo verius Apoſtolicas firmiter obedire litteras ſan-

ctiſſimi

ctissimi in Christo patris, & domini Nostri Domini Callisti divina providentia pape tertii eius vera bulla plumbea cum corda canipis more Romane Curie impendenti bullatas, sanas, & integras non viciatas, non cancellatas, neque in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio, & suspitione carentes. Nobis per Reverend. in Christo Patrem, & Dominum Antonium Dei & Apostolice Sedis gratia Episcopnm Cesenat. in ipsis litteris principaliter nominatum, & per Dominum Antonium olim Ser Francisci Ser Zanolini de Cesena Sindicum, & Procuratorem dicti Domini Antonii, & eius Episcopatus Cesene coram notario publico, & testibus infrascriptis presentatis nos cum ea, qua decuit reverentia recepisse noveritis: Quarum quidem litterarum Apostolicarum tenor de verbo ad verbum sequitur, & est talis: Callistus Episcopus Servus Servorum Dei Venerabili Fratri Episcopo Bretonoriensi salutem, & apostolicam benedictionem. Apostolice solicitudinis studium circa diversa que incumbunt nostris humeris peragenda est, illud potissimum ut circa Ecclesiarum omnium potissime Cathedralium statum prospere & salubriter dirigendum sic solicite intendamus, quod eidem Ecclesie superni favoris auxilio suffragante preserventur a noxiis eisque presidentes Antistites ne suscepte dignitati decus temporalium rerum defectus obumbret opportuni subsidii inveniant sublevamen. Dudum siquidem felicis recordationis Eugenius Papa quartus predecessor noster monasterium S. Laurentii prope muros Cesenat. Civitatis S. Benedicti tunc per obitum quondam Benedicti illius Abbatis extra Romanam Curiam defuncti vacans cuius provisionem tunc predecessor prefatus sue ordinationi & dispositioni reservaverat bene memorie Augustino, Archiepiscopo Nazareno per eum quo adjuvaret una cum Nazareno, cui preerat ac Cesenat. quam in Comenda obtinebat Ecclesiis tenendum, regendum, & gubernandum per quasdam comendavit: Et deinde ex certis causis tunc expressis per alias suas litteras monasterium prefatum cum omnibus juribus & pertinentiis suis mense Episcopalis Cesenat., quamdiu venerabilis Frater noster Antonius Episcopus Cesenat. de cuius persona interim dicte Ecclesie tunc Pastore carenti illumque illi in Episcopum, & Pastorem prefecerat Ecclesie prefate preesse, incorporari, uniri, & anecti mandavit, prout in singulis litteris predictis plenius continetur. Postmodum vero sicut exhibita nobis nuper pro parte dicti Antonii petitio continebat fructus, redditus & proventus eiusdem mense sunt adeo tenues, & exiles, quod Episcopus Cesenat. pro tempore existens se ex illis commode substentare, & onera sibi incumbentia supportare non potest, & sicut eadem petitio subjungebat, si dictum Monasterium in quo regulariter observantia, & persone dicti ordinis deficiunt, divinaque officia negliguntur, eidem mense perpetuo uniretur, incorporaretur, & anecteretur, ex hoc Episcopus Cesenas pro tempore existens non medicum susciperet relevamen. Quare pro parte dicti Antonii Episcopi nobis fuit humiliter supplicatum ut monasterium predictum eidem mense perpetuo unire, anectere, & incorporare de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur de premissis certam notitiam non habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, fraternitati tue per apostolica Scripta mandamus quatenus super premissis omnibus, & singulis, ac eorum circumstantiis universis auctoritate nostra te diligenter informes, et si per informationem hujusmodi ita esse repereris, super quo tuam conscientiam oneramus, Monasterium prefatum, cujus ducentorum cum omnibus juribus, & pertinentiis supradictis mense prefate, cuius centum florenorum auri de Camera fructus, redditus, & proventus secundum communem estimationem valorem annuum ut idem Antonius Episcopus asserit, non excedunt, perpetuo de novo unias, incorpores, & anectas. Ita quod postquam unio prima cessaverit: Liceat tunc existenti Episcopo Cesenat. suisque sucessoribus monasterium prefatum perpetuo retinere, illiusque fructus, redditus, & proventus in suos, & ejusdem monasterii usus & utilitatem convertere, alicujus super hoc licentia minime requisita, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac statutis & consuetudinibus monasterii, & ordinum predictorum, juramento, confirmatione apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis, & quibuslibet privilegiis, indultis, ac litteris Apostolicis generalibus, vel spetialibus quorumque existant, per que presentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus habenda sit in nostris mentio spetialis proviso quod Ecclesia dicti monasterii ad profanos usus, veluti hereditas minime redigatur ejusque debite supportentur onera consueta. Nos enim ex nunc irritum decernimus & inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominice millesimo, quadringentesimo quinquagesimo quinto undecimo Kal. Junii anno primo. Post quarum quidem litterarum Apostolicarum presentationem, & receptionem nobis, & per nos ut præmittitur factam fuimus per prefactum dominum Antonium Episcopum, & dictum Antonium Sindicum, & Procuratorem predictum coram nobis constitutum & constitutos debita cum instantia requisiti quatenus ad executionem dictarum litterarum Apostolicarum, & contententorum in ejusdem procedere curaremus, iuxta traditum seu directum a Sede Apostolica nobis factam. Nos igitur Ventura Episcopus executor prefatus volentes mandatum apostolicum nobis in hac parte directum reverenter exequi, ut tenemur, & quia ex nonnullorum fidedignorum testium coram nobis productorum receptorum, & in manibus nostris juratorum, ac per nos diligenter examinatorum testimonio invenissemus, & reperimus in supradictis litteris apostolicis narata & contenta esse vera, & veritate fulciri; Idcirco auctoritate apostolica nobis in hac parte commissa monasterium S. Laurentii predictum cum omnibus juribus, & pertinentiis suis mense Episcopali Cesenat. incorporavimus, univimus, & aneximus in perpetuum, & de novo ac incorporamus, unimus, & anectimus per presentes. Ita quod liceat ex nunc eidem Domino Antonio Episcopo per se vel alium, seu alios & uccessoribus suis in dicto Episcopatu Cesenat. corporalem monasterii jurium, & pertinentiarum predictam possessionem auctoritate propria libere aprendere, necnon fructus, redditus, & proventus monasterii huiusmodi inducentibus incorporatione, unione, & annexione predictis in suos ac ipsius mense, nec non monasterii usus convertere pariter, & retinere cuiusvis super hoc licentia minime requisita. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis aliisque prefatus dominus noster Papa in dictis litteris Apostolicis non obstare voluit quibuscumque. Voluit nihilominus prefatus dominus noster Papa quod postquam incorporatio, unio, & annexio nostre predicte sortite essent effectum, illisque durantibus prefatus dominus Episcopus, & dicti Episcopatus successores singula ratione dicti monasterii pro tempore incumbentia onera supportare debeant, ac teneantur, decernentes irritum, & inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari. Que omnia, & singula in eis contenta vobis universis & singulis predictis intimamus, notificamus ac ad vestram, & cuiuslibet vestrum notitiam deducimus, & deduci volumus per presentes: In quorum omnium, & singulorum fidem, & testimonium premissorum presentes litteras seu presens publicum Instrumentum huiusmodi nostrum processum in se continentem, sive continentes exinde fieri, & per notarium publicum infrascriptum subscribi, & publicari mandavimus, nostrique sigilli jussimus, & fecimus appensione moniri. Datum Cesene in Contrata Crucis marmoris in domibus Episcopalibus ressidentie prefati Domini Antonii Episcopi

copi *Cesene* in camera inferiori habitationis dicti domini Episcopi presentibus venerabilibus viris, Domino *Nicolao* de *griffoilis* decretorum doctore de *terra nova* preposito maioris Ecclesie *Cesene*, necnon vicario prefati Domini Episcopi *Cesene*, Domino *Cristoforo* quondam *Sanctes* Canonico dicte maioris Ecclesie *Cesene*, ac Rectore Ecclesie S. *Zenonis de Cesena*, domino *Andrea* quondam Joannis Rectore Ecclesie S. Martini de contrata Ecclesie nove, Domino *Francisco* quondam *Marci*, Archipresbytero plebis S. Mauri diocesis Cesene, Domino *Leonardo Scariotti* Rectore Ecclesie S. Marie de bocca quattro, Domino *Gasprero* filio quondam *Pauli de Blancbellis* de *Arimino* omnibus Canonicis dicte majoris Ecclesie *Cesene*, Domino *Christophoro* filio *Laurentii* de *boro*, domino *Georgio Ambrosini* de *Cesena* Capellanis dicte majoris Ecclesie *Cesene*, Domino *Nicolao* Magistri *Antonii de Argenta* rectore Ecclesie S. *Giminiani* de *Cesena*, Domino *Francisco Marci Antonii* de *Brixia*, Domino *Matheo* quondam ser *Bartholomei* de *Longis de Cesena*, & domino *Paulo* filio *Baptiste*, de *Monte pulciano* habitatoribus *Cesene*, testibus ad predicta habitis, vocatis, & rogatis sub anno Domini MCCCCLV. indict. III. tempore domini *Callisti* Pape tertii, & die sexta mensis Novembris.

Postea adgressus est *Antonius* Episcopium a *Gregorio Malesardo* inchoatum perficere; quod indicat carmen eiusdem Episcopii muro inscriptum.

Sceptra Novellus habet, terno presidente Callisto.

Magnam quoque Cathedralis Ecclesiæ turrim campanariam construxit. *Novello* autem *Malatesta* die XX. Novemb. an. 1465. e vivis sublato cum *Caesena* Apostolicae Sedis dominatum festo S. *Zenonis* die subiisset, Civium laetitiam sacris largitionibus aucturus Paullus II. hoc illos diplomate donavit Idib. Januar. an. 1466.

Paulus Episcopus Servus Servorum Dei universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem & Apostolicam benedictionem . . . . . solicitudini grege [sic] illi qui eum nobis licet immeritis sua clementi dispositione commisit, in extremo cum judicare venerit vivos, & mortuos judicio rationem reddituri; summis ut tenemur studiis gregem eundem, quem ab equitatis & justitie limitibus tortuosus ille serpens humani generis emulus suis venenosis suggestionibus plerunque divertit, omnipotenti Deo Salvatori nostro, qui non mortem sed penitentiam desiderat peccatorum acceptabilem & bonorum operum sectatorem facere toto nisu exquirimus, ut sanctorum adjuti meritis & intercessionibus pergrata & accepta Dei opera misericordiam & gratiam in conspectu altissimi facilius valeant invenire. Cum itaque nuper dilecti filii Communitas & Cives Civitatis nostre *Cesenatis* debiti sui ac per eos dudum prestiti juramenti non immemores unanimi consensu & concordibus animis ex obitu quondam *Malateste Novelli*, sub cujus temporali dominio ex concessione Apostolica longo tempore fuerant nuper ad Sacrosancte *Romane* Ecclesie ac Apostolice Sedis immediatam ditionem, fidelitatem, devotionem, verumque dominium cum magna totius populi dicte Civitatis eiusque diocesis consolatione, videlicet die nona mensis decembris proxime preteriti qua festum gloriosi Pontificis & almi Confessoris *Zenonis* celebratur reversi fuerint. Nos cupientes eiusdem populi devotionem & merita quemadmodum Pastorali incumbit officio ampliare ac ipsorum & cunctorum Christi fidelium animarum saluti consulere necnon diem predictam ob insignem ipsius memoriam exultabilem reddere & merito celebrandam de omnipotentis Dei misericordia & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi omnibus vere penitentibus & confessis qui Cathedralem ecclesiam *Cesenatem* in festo eiusdem S. *Zenonis* devote visitaverint ac pro illius fabrice conservatione & ornamentis manus porrexerint adjutrices quindecim annos & totidem quadragenas de injunctis eis penitentiis misericorditer relaxamus presentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Volumus autem quod si alias visitantibus dictam Ecclesiam aut ad eius conservationem hujusmodi seu fabricam manus porrigentibus adjutrices sive alias alias inibi pias elemosinas erogantibus, seu alias aliqua alia indulgentia in perpetuum vel ad certum tempus nondum elapsum duratura per nos concessa fuerit hujusmodi presentes littere nullius existant roboris vel momenti. Datum Rome apud S *Marcum* anno Incarnationis Dominice millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto Idib. Januar. Pontificatus nostri anno secundo.

Nunc illud non omittendum, sub *Antonii* regimine scriptum fuisse Breviarium, ubi de SS. *Severo*, & *Mauro* agebamus, a nobis commemoratum. Membraneum est, atque in eius extremis paginis quatuor leguntur opuscula digna, quae recenseantur. Primum est Ordinarium cerimoniarum sancte *Romane Ecclesie*, *Canonice maioris Ecclesie Cesenatis* Capitulis constans XLVI. quorum primum praenotatur: *in quibus horis & temporibus pulsetur campana, & quomodo & qualiter intrent Ecclesiam, & stare debent Clerici*. Auctorem opusculi detegit extrema, qua clauditur, adnotatio:
„ Petrus Antonius Oddonis Joannis Detutis Canonicus Forosinphroniensis hoc opus-
„ culum in hac Basilica conscripsit sub annis Domini MCCCCLI. Episcopo existen-
„ te Reverendo Domino D. A. de Forosinphronio, & questore Capitoli, quem Ca-
„ merarium dicunt, Domino Christophoro Sanctis, necnon Rectore Ecclesie Sancti
„ Zenonis de Cesena. Peregit autem decimo Kal. Aprilis indictione qnartadecima
„ Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris D. D. Nicolai Pape V. anno IV. felici-

„ ter. *Sequitur* Officium Transfigurationis Domini noſtri Jeſu Chriſti inſtitutum „ per Dominum noſtrum *Papam Calliſtum III.* cujus Bulla pro hujuſce Feſtivitatis inſtitutione an. 1457. edita lectionibus per Octavam legendis adſignatur. Tum habes quod antea indicaveram, opuſculum alterum multo minutiore charactere deſcriptum, eſtque *tractatus de horis Canonicis editus*, ut in calce notatur, *per Dominum Johannem de Lignano utriuſque juris doctorem in Urbe excellentiſſimum juſſu Urbani Pape quinti*. Quae ſequuntur opuſcula nullum auctoris nomen praeſeferunt; immo tertium nullo praenotatur titulo, ſed ex ea, quae praemittitur praefatiuncula diſcimus fuiſſe perſcriptum, ut Sacerdos poſſit *leviter manuduci ad contemplationem tanti divini miſterii* (Sacramenti, inquam corporis, & ſanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti) *ac digne disponi ad ejus perceptionem*. Quartum autem inſcribitur: *Regula dirigens celebratores miſſarum, ut caveantur defectus, & ut periculis, ac diſturbiis in Miſſa contingentibus remedium habeant*. Excerptum eſt hoc opus ex dictis ſententiiſque *Innocentii quinti*, *Durandi*, *Alberti*, & ſancti *Thomae*. Quamobrem haec in opuſculi fine ſcriptor Anonymus monuit: *Nota: quatuor Doctores prenominati fuerunt ſolempniſſimi ſacre Theologie Magiſtri, prout opera eorum demonſtrant, & omnes fuerunt de ordine Fratrum Predicatorum*. Petrus *autem preallegatus fuit Papa* Innocentius quintus: Durandus *fuit Epiſcopus* Meldenſis, *& dicta ipſorum inveniuntur in ſcriptis eorum ſuper quarto ſententiarum. Dicta vero* Alberti *preallegata ſunt in libro, quem fecit de Offitio Miſſe. Et dicta Sancti* Thome *ſunt in tertia parte ſue ſumme. Et iſta ſuffitiant pro toto ſuperiori tractatu. Deo gratias. Amen*. Ceterum ut ad Breviarium redeam, ejus veluti appendices ſunt quaedam officia, quae ad Calcem ſunt rejecta: nempe 1. *Offitium Beatiſſime Trinitatis editum per Archiepiſcopum Cantuarienſem*: 2. *Offitium in feſto Corporis & Sanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti*, lectionibus per Octavam ſumptis ex confirmatione Domini *Clementis* Pape ſuper Bullam *Urbani* Pape (IV.) 3. *Offitium in feſto Viſitationis B. Marie Virginis*: 4. *in feſto S.* Severi Ceſenatis *Epiſcopi*, *& Confeſſoris*: 5. *In feſto S.* Marie Nivis: 6. *In feſto* S. Mauri Ceſene *Epiſcopi & Confeſſoris*: 7. *In Conceptione B. Marie Virginis*.

(3) Confer: Harduinum T. IX. Concil. col. 425.

(4) Typothetae errore putaverim annum 1463. pro 1475. irrepſiſſe. Nempe praeterquamquod, ut vidimus, an. 1464. in vivis erat *Antonius*, exſtant in Epiſcopali tabulario *Antonii* acta ad diem Februarii octavum an. 1475.

(5) Renovata a *Vincentio Maria Urſino* an. 1681. interiori Cathedralis Eccleſiae facie alio translatum fuit *Antonii* ſepulcrum ad dextrum ſcilicet abſidis latus, qua ad Sacrarium aditus patet.

(6) Ita refertur ab Ughello; ſed epitaphium marmori inſcriptum ſic legitur.

NON. PROCVL. HINC. CELSAS STRVXIT. QVI. ANTONIVS. EDES.
ET TEMPLO. ANTISTES. PLVRIMA. DONA. TVLIT.
HIC. IACET. ETHEREAS CONSCENDIT. SPIRITVS. ARCES.
SEMPRONIQVE. FORVM. PATRIA. TERRA. FVIT.

LXIX. DOMINICUS *Camiſatus Reatinus*, Patriæque antea Præſul, *Sixtique* IV. Referend. Cæſenatem etiam Sedem obtinuit, deceſſitque anno 1475. (1)

A D D I T I O.

(1) Quo ad Epiſcopatum fuerat evectus. Hunc, qua neſcio de cauſa *Braſchius* omiſit.

LXX.

LXX. JOANNES *Venturellus Amerinus Cæsenas* Episcopus, ejusdemque Civitatis gubernator (1) nomine S. Sedis Apostol. an. 1475. (2) Romæ (3) decesit 1486. (4) ibidemque sepulcrum accepit (5) ex Act. Consi.

A D D I T I O.

(1) Immo & totius Provinciae. Dabo hic Apostolicas Sixti IV. Litteras, quibus ea dignitate exornatus fuit.

Sixtus Episcopus Servus Servorum Dei Venerabili Fratri Johanni Epo Cæsenat. Civitatis Nostræ Cæsenæ, ac aliarum Civitatum, Terrarum, Castrorum, & locorum Provinciæ Nostræ Romandiolæ usque ad Flumen Foliæ ad Nos, & Romanam Ecclesiam spectan. tantum pro Nobis, & dicta Ecclesia in Spiriritualibus, & Temporalibus Generali Gubernatori Salutem, & Aplicam Benedictionem. Cunctorum Christi Fidelium præsertim Nobis, & Romaoæ Ecclesiæ spiritualiter, & temporaliter immediate, & mediate Subditor., prout Nobis ex alto coneeditur Curam Solertem, & vigilem gerimus; Sed in primis pro Statu Civitatis Cæsenat., & aliarum Civitatum, Terrarum, Castrorum, & locorum Provinciæ Romlæ, ac Populorum eorundem præstante Dño Prospere dirigendo tanta major Solicitudo nos urget, quanto noviter Sedes Aplica illas in suam immediatam protectionem Domumque suscepit, nosque eas ardentiori studio prosequamur caritatis. Cupientes itaque intenso desiderio ut ipse Civitates, Terræ, Castra, & loca justi, & Circumspecti, ac providi Gubernatoris potiantur regimine, ao de Maturitate consilii, morisque elegantia, ac fidelitate, & probitate tuis plenam in Domino fidueiam obtinentes, sperantesqne quod in eisdem Civitatibus, Terris, Castris, & loeis sub tuo salubri Regimine fluctuantes Animor. Turbines sedabuntur colletur Justitia, & Boni Mores instituentur, ae errantes, & rebelles ad viam veritatis redigentur matura super hac deliberatione præhabita, te in præfata Nostra Cæsenat. ac reliquis dictæ Provinciæ Civitatibus, Terris, Castris, & locis ad nos, & dictam Ecclesiam Spectantibus usque ad flumen foliæ nuncupatum, illorumque Comitatibus, Territoriis, & Districtibus pro Nobis, & eadem Eccla in Spiritualibus, & Temporalibus generalem Gubrem cum facultate arbitrio, auctoritate honoribus oneribus, & emolumentis consuetis usque ad Nrm, & Sedis Aplicæ beneplacitum auctoritate Aplica, & ex certa scientia tenore pntium facimus, constituimus, & Deputamus quascumque alias Commissiones super huoidi Gubernatione in Civitatibus Terris, Castris, & locis superius expressis, quibusvis aliis factas har. Serie penitus revocantes, ac Fraternitati tuæ Civiratem Cæsenat., & alias Civitates, Terras, Castra, & loca predicta, nec non Cives, abitatores, & Incolas earundem nostro, & præfatæ Ecclæ nomine reformandi, regendi, gubernandi, & administrandi, ac in eis Jurisdictionem pleoam, & omnimodam cum mero, & mixto Imperio exercendi Civiles, & Criminales, ac mixtas, & alias quascumque Causas per simplicem etiam querelam, vel appellationem coram Te pro tempore introductas etiam diebus feriatis cum tibi videbitur, per Te, vel alium, seù alios audiendi, discutiendi, & eorum cognitiooem decisionem, & discussionem, alii, vel aliis comuniter, vel divisim generaliter, vel specialiter tam infra tuæ Gubernationis terminns, quam extra illos, prout, & sicut justum tibi videbitur, comitendi, & demandandi, & ad Te cum placuerit advocandi, Decreta quelibet interponendi, & super Statutis, & Capitulis si opus fuerit dispeosandi, nec non homagia, & Juramenta fidelitatis recipiendi, culpabiles tam Civiliter quam Criminaliter per Te, vel alium, seu alios puniendi, Quærelas contra ipsos per quoscumque propositas audiendi, emandas, & satisfactiones debitas fieri faciendi, & super quibuscumque delictis, & rebellionibus per quascumque Universitates, vel singulares Personas cujuscumque Status, gradus, habitus, seu conditionis fuerint commissis, vel imposterum tempore offitii committendis generaliter, vel particulariter cngnoscendi, ae ad Ecclesiæ Roman. gratiam, & obedientiam reducendi, ac faciendi, & ordinandi, & statuendi, & realiter executioni demandandi. Contradictores quoslibet, & rebelles, ae innbedientes pecuniarils relegationis proscriptionis perpetue, vel temporalis, & aliis de quibus tibi videbitur spiritualibus, & temporalibus penis omni appellatione postposita compescendi, & in præmissis omnibus, & singulis summarie simpliciter, & de plano, sine strepitu & Figura Juditii sola facti veritate inspecta procedendi, & procedi mandandi, ac omni alia, & singula, que ad huidi Gubernationis offitium quomodolibet pertinent de consuetudine vel de jure, tuique Prædecessores Civitatum, Terrarum, Castrorum, & locorum ptorum Gubernatores qui pro tempore fuerunt facere soliti sunt, & quæ necessaria, & utilia fuerint quoquomodo in præmissis, & ea Tangentibus, ac quolibet eorundem, & quæ ad honorem, & comodum ejusdem Ecclæ ac nostram, utilitatemque & prosperum, ac tranquillum Statum Civitatis Cæsenat., & aliarum Civitatum, Terrarum, Castrorum, & locorum ptorum, ac incolarum, & habitatorum eorundem cedere videris, & tibi videbitur expedire etiam si illa, vel aliquod ptorum Mandatum exigerent magis speciale plenam, & liberam facultatem auctoritate, & scientia supradictis tenore pntium concedentes: Nos enim Processus, Sententias, & pænas, quos, & quas per Te proferri, & infligi conrigerit Ratas habebimus, & faciemus Auctore Dño usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Et insuper cupientes super costodia Arcis nostræ Portus Cesenatici utiliter providere quamcumque deputationem Castellani, hactenus factam ibidem revocamus, ac tibi illius curam, & custodiam cum pagis, stipendio, salario, & emolumentis consuetis, ita ut illam durante Gubernio hundi per quoscumque de quibus tibi videbitur fideliter custodire facere possis, & debeas eadem auctoritate committimus. Ut igitur præmissa omnia, & singula melius, plenius, & utilius valeas inspirante Altissimo exercere, Dilectis Filiis universis, & singulis Civitatis Cæsenat., & aliarum Civitatum, Terrarum, Castrorum, & Locorum ptnrum. Vicariis, Potestatibus, Capitaneis, Officialibus, Castellanis, Maresciallis, Stipendiariis, tam Equestribus, quam pedestribus ad nostra, & præfatæ Ecclesiæ Stipendia Militantibus in partibus illis existentibus præsentibus, & futuris, Ceterisque nostris, & Ecclesiæ prælibate Subditis cuiuscumque status, & dignitatis Ecclesiasticæ, vel Mundanæ, aut Ordinis, vel Conditionis Existant, damus tenore pntium districtius in mandatis, ut tibi vel deputandis a Te, dicto durante Beneplaeito pareant efficaciter, & intendant Volumus autem quod infra quindecim dies ex quo Gubernium antedictum inieris, Diem tui ingressus Venera-

bili Fratri nostro Leonardo Eriso Epo Eugubin. Secretario nro significes, ac quod antequam illud exercere incipias, de eo juste, & fideliter exercendo in manibus Ven. Fratris nri Latini Epi Tosculan. Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis de Ursinis Camerarij Nostri debitum præstes in forma solita juramentum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadrigentesimo septuagesimo quinto . . . . quarto Mensis Novembris . . . . Pontificatus. . . . Nostri . . . Anno . . . Quinto . . . . . . Gratis di...ar. Fnpps = Jo: de Bocannbellis = L. Griffus = Lo...co Plumbi = Foris = D. Galettus = Anno Domini 1475. die sexta Novembris Rdus in Xpto Pater Dñus Joannes Epus Cæsenat. Gubernator ex his litteris deputatus de ipso Officio fidelit., & exacte exercendo prestitit juramentum in forma in manibus Rmi in Xpo Patris & Domini Dñi L. Epi Tusculan. Cardinalis de Ursinis D. Papæ Camerarii Romæ apud Pontem Jordanem pntibus Ven. Viri Dno Didaco Didaci Canonico . . . . & Christophoro Philipi de Fornello Testibus etc. Gaspar Blondus.

Non mirum, hac dignitate auctum Johannem fuisse. Maxima Jurisprudentiae, atque in tractandis negociis dexteritatis fama celebrabatur. Quamobrem a Bononiensibus, apud quos decem omnino annis sese probaverat, amplissimo Civitatis diplomate donatus fuerat Anno 1468. Non erit lectoribus injucundum, si illud hic subjecero, ut omnes intelligant non solum quanta esset de Johanne existimatio, sed etiam quantum fuerit semper Bononiensium in praestantissimos quosque viros studium, ac benevolentia.

Antiani, Consules, & Vexillifer Justitiæ Populi, & Comunis Bononiæ, nec non et sexdecim Reformatores Status libertatis Civitatis Bononiæ &c. Dilectissimo nobis Claro, & præstantissimo Viro D Joanni de Venturellis Juris Utriusque Doctori, Salutem, & gratiam nostram. Nihil majores nostri qui pro temporibus hunc Magistratum gesserunt tanta cura, studio, & diligentia curarunt, quantum ut hæc Civitas illis Viris abundaret qui essent Summa Doctriua, & maximo ingenio excellentes quorum opera augmentum, nomen, & auctoritatem sibi vendicaret; ne inter alias Italiæ Urbes contemnenda, neque in ultimo loco ponenda esset. Ex quo factum est ut egregiis, & prestantissimis Civibus omni tempestate floruerit; inter quos semper in omni scientia excellentes, & famosissimos Doctores fuisse constat, qui sua singulari admiranda, & pene divina scientia Civitati ipsi, & Patriæ nostræ tantum ornamenti, splendoris, & gloriæ attulerunt, & eam ita illustrarunt, ut in Universo fere Terrarum, Orbe Princeps, & Studiorum Mater appelletur. Verum ne hoc præclarum nomen, & gloriam longo tempore partam ulla in parte diminuat, sed potius ita augeat, quod nulla oblivione deleri possit, omni Cura invigilandum, & elaborandum esse censemus. Ut præclaros, & doctos Viros ad Nos vocemus, ac ipsos Civitate donemus, & eos præsertim, qui de Nobis, & nostra Republica peroptime meriti sunt. Quæ cum ita sint dum animo revolvimus summam prudentiam, Animi magnitudinem, constantiam, & singularem Doctrinam vestram, qua mirum in modum valetis, Quis dubitat Vos dignum esse, ut consortio Civium nostrorum aggregemus, qui propter optimos mores, & ingentes, ac innumeras virtutes vestras vos amant, & plurimum diligunt, præsertim cum intelligant vestram incredibilem humanitatem nobis permaxime gratam, & acceptam esse, ob fidem, affectionem, & merita vestra in nostram Rempublicam, pro cujus honore, utilitate, conservatione ad decem annis citra continuè invigilastis, & nullo parcendo labori ita insudastis, ut nullus alius vos hoc tempore æquaverit, vel superaverit. Vos igitur D Joannem andm, ac Evangelistam, & Ser Arcangelum Lucæ de Venturellis de Amelia Fratres vestros, ac etiam Ser Mathæum Cecchi de Venturellis Consobrinum vestrum, nec non Leonardum Antonii pacificum, & Orlandinum Jacobi de Venturellis de Amelia cum omnibus filiis, & descendentibus vestris, & cuilibet vestrum auctoritate Magistratus nostri, & omnibus melioribus modo, Jure, Via, Causa, & forma quibus magis possumus, aut debemus, ex certa nostra scientia, ac proprio motu, & non ad vestram, aut alicujus nomine vestro supplicationem, sed ex nostra mera dispositione, & liberalitate Vos, vestrosque ut supra vobis conjunctos, eorumq. filios, & descendentes Masculos ex legitimo Matrimonio tam natos, quam nascituros in perpetuum tenore præsentium facimus, ordinamus, creamus, & constituimus Veros Cives Civitatis Bononiæ; Et Vobis, & unicuique vestrum Splē, & potissimum Privilegium Indultum, & beneficium vere, & indubitate Civitatis dictæ Civitatis Bononiæ gratiose impendimus, & liberaliter elargimur, & vos, & quemlibet Vestrum cum descendentibus Vestris prædictis in numero aliorum Civium nostrorum, & eorum maxime, qui sunt veri Cives dictæ Civitatis naturales, & originarij origine propria paterna, & avita ponimus, incorporamus, & aggregamus. Volentes, & concedentes motu, & scientia prædictis, ut omnibus, & singulis immunitatibus, privilegiis, indultis, exemptionibus, prerogativis, honoribus, oneribus, dignitatibus, officiis, & emolumentis ordinariis, & extraordinariis, realibus, personalibus, vel mixtis, pñtibus, & futuris continue gaudere, & perfrui libere, & licite possitis, & valeatis; quibus, & prout gaudere, & perfrui debent, & possunt veri, & originarii Cives nostri origine propria paterna, & avita; et sic pro veris, et indubitatis, ac originariis Civibus nostris origine propria paterna, et avita haberi, tractari, & reputari volumus, & mandamus. De cætero in perpetuum particulariter, & universaliter in Judicio, & extra, omni, & quacumque Juris, et facti exceptione rejecta etiam proinde, ac si vos, & quilibet vestrum veri, naturales originarij, & indubitati Cives nostri essetis ut supradictum est, et habitatores hujus Civitatis a longissimo tempore citra vere fuissetis, et essetis. Mandantes Thesaurario, Potestati, Defensoribus honoris, et Jurium Cameræ Bononien. nec non Officialibus Bulletar. et presentarionum . . . . . Conductoribus, Superstitibus, et Officialibus quorumcumque Datiorum, et Gabellarum dictæ Civitatis Bonon. pñtibus, et futuris, et omnibus, et singulis aliis ad quos spectat aut quomodolibet spectare, et pertinere posset, quatenus præsens nostrum Civitatis Privilegium, et Decretum, et omnia, et singula in eo contenta firmiter observent, et ab aliis faciant inviolabiliter observari sub nostræ, et Successorum nostrorum indignationis pæna; Non obstantibus in pdis legibus, Juribus, Comunibus, Statutis, seu provisionibus

bus municipalibus, Decretis, ac reformationibus Consiliorum, et aliis quibuscumque in contrarium quomodolibet facientibus, et his etiam de quibus habenda fuisset mentio specialis, vel expressa. Quibus omnibus, et singulis quo ad prædicta specialiter, et expresse derogamus, et derogatum esse volumus, et mandamus. In quorum omnium, et singulorum fidem, robur, et Testimonium præsentes fieri jussimus sub nostrorum, et Comunitatis nostræ consuetorum sigillorum impressione, Dat. Bononiæ in Palatio Residentiæ nostræ die vigesimo primo Mensis Junii 1468. Ind. prima tempore Pontus SSmi in Xpto Patris, et D. N. D. Pauli divina providentia Papæ Secundi Anno quarto, Lo✠co Sigilli DD. Antianorum, Loco ✠ Comunitatis. A. Parisius Cancellarius.

Splendidissimi hujus diplomatis series Johannem satis indicat nondum eo anno 1468. Ecclesiasticae militiae nomen dedisse, immo fortassis ex eo colligere possumus, uxorem illi tunc fuisse, ex qua filios susceperit; quod si verum habeatur, eorum opinio confirmabitur, qui Venturelliam gentem a Johanne Caesenam ferunt fuisse Amelia translatam. Ut ut est Johannes non multo post in Ecclesiasticum ordinem transcriptus fuit, annoque 1475. Caesenate Episcopatu primum donatus, deinde ad Provinciam administrandam admotus.

Verum an. jam 1479. (non 1480. uti apud Braschium legere est) fuerat a Civitatis, Provinciaeque administratione dimotus, retento tamen usque ad obitum nomine, & munere *utriusque Arcis Civitatis Castellani* (hoc enim titulo donatur in instrumento ejusdem anni 1479. die X. Septembris), seu ut in aliis instrumentis, an. 1481. & 1485. appellatur, *Castellani Cæsenæ, & ad præsens arcis ejusdem Civitatis Cæsenæ pro prælibato sanctissimo Domino nostro Papa sanctaque Romana Ecclesia Castellani*.

(2) Eodem anno 1475. pridie Kal. Septembris *Venturellus* beneficiario titulo Monasterium *S. Petri de Laderchio* quincto ab Imolensi Urbe lapide situm obtinuit; atque in litteris, quibus illo donatus est, *Electus Cæsenatensis* dicitur.

(3) Ut *Romam* adire posset, fuit ei ab Innocentio VIII. die 14. Junii 1485. concessum Apostolicis litteris: *Cum tua Fraternitas*, inquit Pontifex apud *Braschium Mem. Cæsen. p.* 341. *sicut nobis exponi fecit, desideret ad urbem negotiorum suorum causa accedere, nos ejus desideriis annuentes, contentamur, tibique concedimus, ut relicto in arce ista nostra Archangelo fratre tuo* (ex hoc propagatam deinde apud Caesenates illustrem Venturelliorum familiam existimaveram; sed revera a Bernardino Venturellio, quem Antistiti nostro antequam Sacrae Militiae nomen daret filium fuisse non improbabiles conjecturae suadere possent, habuit illa Originem) *qui interim custodiæ illius præsit, ad Urbem ipsam venire libere possis*.

(4) 23. Augusti.

(5) Servantur etiamnum in *Caesenate* Cathedrali Ecclesia codices complures ad Ecclesiasticum cantum saeculo XV. destinati, iique pulcherrimis exornati pictis litteris, aliisque icunculis. Eos porro hic memoro, quod uni alterive inscripta isthaec legantur: *hoc Graduale speciosum R. P. Joannes de Amerino Episcopus Cæsenæ, Canonici & Capitulum ejusdem suis sumptibus ediderunt octo voluminibus per me* Benedictum Amsteldam de Hollandia dioc. trajecten. Innocentio octavo Pont. Maximo Anno Domini MCCCCLXXXVI. Illud addo, sedente *Joanne* novae argenteae thecae affabre elaboratae fuisse manum *S. Gregorii* inclusam; haec enim illi inscripta sunt ✠ *Hoc manui tuæ dive Gregori dicatum* 1483. Ac tunc fortassis ea primum fabella de illa manu ab *Amsilio Caesenam* delata in vulgus coepit disseminari.

LXXI. PETRUS *Mentius Vicentinus* Cameræ Apostolicæ Generalis Auditor hujus Ecclesiæ declaratus Episcopus est 1486. (1) 5. idus Maii. Quem secundo deinde anno *Innocentius Octavus* Pontifex ad *Ferdinandum* Neapolitanum Regem legavit nuntium, plurimisque aliis gravissimis Ecclesiæ negotiis explicandis est feliciter usus. (2) Romæ mortalitatem exuit 1504. Sepultusque est in *Ara Cœli*, cui conjunctissima soror marmoreum sepulcrum erexit addita ejusdem statua, ac gentilitiis stemmatibus, quæ

 ex

ex una parte continent Leonem rectum, alteram scuti partem quatuor albæ regulæ, & quatuor nigræ desecant, cum sequenti epitaphio.

D. O. M.
PETRO DE VICENTIA PONTIF. CÆSENAT.
CAMERÆ APOSTOLICÆ AVDITORI,
IUDICVM DOCTISS. ET INTEGERR.
CVIVS CVM DIVINA, ATQVE EXIMIA VIRTVS,
QVÆ NVLLAS SIBI INIMICITIAS
PRO PVBLICA SALVTE VITAVIT,
DIV OPPRESSA EMICVISSET,
BONIS OMNIBVS, ATQVE VNIVERSÆ CIVITATI
INDIGNISS. ERIPITVR. (3)
VIXIT ANN. L. M. VII. D. XI.
MARGARITA SOROR INFELICISS. POS.
M. D. IV.

ADDITIO.

(1) 1487.

(2) *Alexander* vero VI. an. 1492. eum jussit *Camaldulense S. Bartholomaei de Anglario* coenobium sublata *Ugolino* ab *Antella* Monacho, quem *Petrus Delphinus* Abbatem praefecerat, omni administratione Juliano S. R. E. Cardinali Episcopo *Ostiensi* tradere veluti Abbati Commendatario; uti videre est *T. VII. Annal. Camaldul.* p. 346. Deinde cum gravissima exarsisset an. 1498 in Curia *Romana* lis inter Cardinalem *Grimanum*, & *Dominicum Boldu* Abbatem *Carcerum*, idem Pontifex, ut scribit *Fortunius* apud *Annalium Camaldulensium* Scriptores *eodem tomo VII. p.* 371. causae cognitionem *Petro* Episcopo *Caesenatensi* generali Camerae Auditori legat, cum potestate substituendi.... Ipse autem causam subdelegavit *Johanni Antonio Trivultio* Jurisconsulto mense Novembris. Ad res *Caesenates* quod adtinet, *Petrus* in Ecclesia S. *Crucis* primum lapidem posuit; pars autem vetustissimae Ecclesiae S. *Laurentii Sapis* alluvione cum fuisset an. 1490. diruta, partem superstitem, ut quae reparari minime posset, solo jussit aequari. Porro laudandus maxime *Petrus*, quod an. 1493. sacram sanctissimi Sacramenti sodalitatem deinde ab Adriano VI. an. 1523. Indulgentiis ditatam in principe Urbis templo instituerit. Sedente illo *Carolus Verardius* nonnullis editis libris clarus Archidiaconi dignitate, qua primus collatis reditibus patrium Capitulum honestaverat, insignitus fuit.

(3) Peste sublatum *Romae Petrum Claramontius* scribit; veneno ereptum in antiquo m. s. Codice reperit *Braschius Mem. Caesen.* p. 347. quo forte spectant ea Epitaphii verba, *indignissime eripitur*. Hoc certum, fuisse illum ab Alexandro VI.

in Ha-

in Hadrianea mole conclusum, unde tandem post hujus Pontificis obitum liberatus fuit. De eo Guden. Codic. diplom. T. III. pag. 848. & Pezius Anecdot. Tom. VI. P. III. pag. 434.

LXXII. FATIUS *Sanctorius Viterbiensis* novus homo, ac perobscuri generis, litteris, eruditioneque splendidiorem sibi paravit fortunam, cum *Julio* Cardinali *Roboreo*, qui postea Apostolicam evectus ad Sedem secundus *Julius* fuit, Pædagogi operam præstitisset. Is enim Pontifex factus, *Fatii* magisterium munificentissime remuneravit. Primum enim illum *Cæsenatem* Episcopum dixit 1504. die vigesima secunda mensis Julii, mox Apostolicæ Cameræ Clericum, (1) amplissimisque redditibus auctum, tum & Romana purpura ad titulum S. *Sabinæ* cohonestavit. (2) Decessit *Romæ* ex animi mœrore, cum suspicaretur (ut degeneres animi semper timere coguntur iis, quæ haud se meruisse intelligunt) ampliorem illam apud *Julium* gratiam amisisse, 1510. die vigesimo secundo mensis Martii, sepultusque est apud S. *Petrum* cum hac brevi, nudaque inscriptione:

DEPOSITVM FATII SANCTORII

CARDINALIS S. SABINÆ.

ADDITIO.

(1) Ac Datarium.
(2) Kal. Decembris A. MDV.

LXXIII. CRISTOPHORUS de *Spiritibus* (1) *Viterbiensis* hujus Ecclesiæ electus Episcopus est 1510. die decima quinta mensis Februarii. (2) Multos annos *Cæsenatem* administravit Ecclesiam, (3) factusque senior *Joannem Baptistam* Nepotem cum futura spe successionis excepit. Ughel.

De eo de Angelis *in descriptione Basilicæ S. Mariæ Majoris* p. 46. cujus fuit Canonicus. Mandos.

ADDITIO.

(1) Sanctorii ex Sorore Nepos.
(2) Episcopatus tamen possessionem non iniit (ad id Caesenatis Canonici opera usus) nisi XV. Kal. Junias ejusdem anni 1510.
(3) Anno MDXIV. interfuit quincto Lateranensi Concilio *apud Harduinum T. IX. col.* 1735. Eo sedente an. 1555. die nona Junii Canonici constitutiones ab ipsis servandas ediderunt. Interfuit etiam Tridentino Concilio. Anno vero MDL. 28. Februarii Patriarcha Hierosolymitanus constituitur, quin tamen *Caesenatem* Ecclesiam dimitteret.

LXXIV. JOANNES *Baptista de spiritibus Viterbiensis* patrui Coadjutor ascitus an. 1545. die vigesima (a) mensis Novembr. (1) defuncto Patruo (2) suffectus est (b) qui post decem annos eo munere se exsolvit. (3) Ugh.

(a) 27. Novembris. Colet.

(b) Hic *Johannes Baptista Christophori* ex fratre nepos *Viterbiensis* Ecclesiæ Archipresbyter ex utroque parente nobili genere natus vigesimum ætatis suæ annum agens patrui coadjutor adscitus est, concessa ei Ecclesia in admi-

in administrationem donec ad ætatem XXVII. annorum perveniret, & deinde in titulum, si *Christophorus* patruus ante dictam Nepotis ætatem XXVII. annorum decedere cogeretur. Idem.

A D D I T I O.

(1) Recte a *Coleto* notatus est dies XXVII. Novembris. Johannes tamen die tantum secundo Septembris anni sequentis in Episcopatus possessionem immissus est. *Electum* tamen semper se nominavit.

(2) Errat *Ughellius*; *Christophorus* enim 6. Novembris an. 1556. aetate longaevus decessit.

(3) *Braschius Mem. Caesen.* p. 374. *Johannem* ait an. 1556. *Caesenatem* Episcopatum abdicasse. Ego vero ejus acta reperio an. 1557. tum die 2. mensis Augusti, quo in instrumento *Christophori* jam defuncti fit mentio, tum etiam 4. mensis Octobris.

LXXV. ODOARDUS *Gualandus* Nobilis *Pisanus Pauli* quarti familiaris (1) *Cæsenatem* Sedem obtinuit 1557. (2) eam Ecclesiam consultissime administravit (3) supra unum annum triginta, illamque demum resignavit. *Romæ* inde defunctus est anno 1597. 17. Martii. Scripsit de civili facultate lib. 16. (4)

A D D I T I O.

(1) *Alfonso Carafae Cardinali S. Nicolai inter Imagines* a secretis, & ab eodem *Paullo* die X. Sept. an. 1557. Canonicatu Ecclesiarum S. *Stephani*, & *S. Felicis* prope & extra muros Aquilejae donatus.

(2) VII. Idus Decembris.

(3) Anno 1559. multa sanxit ad divinum cultum in principe templo a Canonicis aliisque exhibendum pertinentia, tum annis 1565, & 1566. Synodos dioecesanas celebravit. Anno deinde 1569. edita *Romae* sunt Cardinalis *Julii Feltrii* de *Ruvere* decreta Provincialis Synodi *Ravennatis*, cui *Odoardus* interfuerat. Verum eo ipso anno res *Caesenati* Clero permolesta accidit. Nempe intellexerat *S. Pius V.* ab Examinatoribus Synodalibus *Caesenatibus, Guidonem de Bellis* Clericum *Foroliviensem* pro idoneo ad exercendam curam Parochialis Ecclesiae sanctorum *Petri*, & *Pauli* Plebis *Quinti Ravennatis* Dioecesis fuisse approbatum, quem revera postea in alma Urbe Examinatores ab ipso Pontifice ad haec deputati penitus non idoneum ad aliquam animarum curam exercendam repererant. Illos igitur die XXV. Octobris officio privavit. Quamobrem nemo deinceps in *Caesenate* Ecclesia fuit qui id muneris non detrectaret. Sed *Adoardi* tamen precibus *Gregorius XIII.* an. 1573. die X. Februarii suis Apostolicis litteris Sanctissimi Praedecessoris sui sententiam revocavit. Facilius tunc Episcopo fuit Examinatores seligere, duasque dioecesanas Synodos cogere, quarum constitutiones deinde summa cura recognitas, inque unum volumen relatas typis pervulgavit. Seminarium Clericorum erexit an. 1570., optimisque legibus instruxit. Anno praeterea 1580. ejus auctoritate a conservatoribus reformata montis pietatis, qui sub *Petro Mentio* an. 1487 fuerat institutus, capitula ex *Bartholomaei Raverii* typographio prodierunt.

(4) Ejus praeterea Epistola ad *Alphonsum Rotam* tertio Kal. Octobr. an. 1560. *Romae* perscriptam reddidit *Bartholomaeus Zucchius* in eo libro, cui titulum fecit: *Idea del Segretario p.* 233. Fuit etiam *Adoardus* de *Caesenate* litteratura optime meritus, eo enim auctore coepit coetus ille doctorum hominum, qui vulgo *Accademia degli Offuscati appellatur*.

LXXVI.

LXXVI. CAMILLUS *Gualandus* Pisanus *Odoardi* Nepos (1) ad eandem dignitatem assumptus est 1588. die 30. mensis Martii (2) Decessit 1609. (3) In patria jacet in Ecclesia Sancti Sepulchri.

ADDITIO.

(1) Parochus fuerat Ecclesiae *S. Mariae de Buccaquatuor* ac Cathedralis Praepositus
(2) Synodos plures habuit, ex quibus quam an. 1590. die XV. Octob. celebravit, & an. 1594. Caesenae fuit edita.
(3) 11. Februarii, ut *Braschius* scribit.

LXXVII. MICHAEL *Angelus Tontus* in Episcopatum illum successit 1609. die vigesima tertia mensis Februarii. *Tontus Arimini* natus est honestis parentibus, tametsi origine *Pistoriensis* esset. Urgente, adhortanteque parente, ad summam propemodum legis peritiam pervenit. Interea cum Jurisprudentiæ attentius operam daret *Bononiæ*, inde importunum fatum parentis *Michaelem Angelum* demum revocavit, ubi domesticis rebus compositis, *Romam* clientum causas peroraturus se contulit. Ergo post acceptam lauream singularis existimationis doctor evasit. Cumque *Horatio Burghesio* Cameræ Apostolicæ Auditori, *Camilloque* item *Burghesio*, qui fratri in idem munus successerat, unice charus evasisset, totius *Burghesiæ* domus Curatoris munere perfungebatur. Interea *Camillus* Senatoria purpura ab octavo *Clemente* nobilitatus est, indeque non multo post ad Pontificatum ascendit, cœpitque fortuna *Tonti* proferre fines, auspice, duceque fortuna *Burghesiani* Imperii. Primum enim Cardinalis Nepotis Auditor generalis effectus est, cum prius Canonicatu *S. Joannis in Laterano* illum ornasset Pontifex, mox etiam cum publicis explicandis negotiis fidem, diligentiamque præstitisset singularem, *Nazaret* Archiepiscopus declaratus est 1608. die quinta mensis Decembris, dieque vigesima quarta ejusdem anni Datarius, Cardinalisque *S. Bartholomæi in Insula*. Eidem deinde *Cæsenatem* attribuit Ecclesiam an. 1609. vigesima secunda Februarii (1) *Paulus Quintus*. Quam ille donariis variis, reliquiisque Sanctorum locupletavit. Inde reversus ad aulam nullus Senatus, nulla Congregatio *Romæ* erat, quam suo consilio, prudentiaque non compleret. Ecclesiam, templumque sui tituli exornavit ex parte. Cæterum quodammodo fatigata fortuna visa est deservisse *Tontum*; gratia enim erga illum Pontificis sensim refrixerat, sua, an aliena culpa incertum. Constat illum, aula deserta, ad sibi creditam Ecclesiam rediisse, ibique tanquam voluntarium exegisse exilium. Comitiis ubi Gregorius XV. ascendit ad Sedem, interfuit, a novoque Pontifice inter Cardinales *Consultæ* adnumeratus est, cum ad titulum *S. Petri ad Vincula* pervenisset. Romæ decessit 1622. mense Aprili (2) conditoque testamento (3) Collegium in proprio Palatio erectum, hæredem instituit, tutoribus Auditoribus *Romanæ Rotæ*, curatoribus *Scholæ piæ* alumnis. In patria templum S. *Euphemiæ* incendio deformatum reparavit. Cathedralem pretiosa supellectili, variisque donariis munificenter adauxit. Censum instituit alendis tribus Juvenibus, a Capitulo Clericali nominandis, ut legum peritiæ possent studere. Memori autem, gratoque animo

adeo

adeo fuit in *Paulum V.* suum benefactorem, ut ad expiationem illius animæ in Sacra *Lauretana* Æde quotidianum Sacrum instituerit peragendum. Ejus Cadaver in templo *Jesu* Servatori dicato tumulatum fuit ante D. Ignatii altare, ubi hoc sequens Epitaphium legitur:

D. O. M.

MICHAELI ANGELO TONTO ARIMINENSI

A PAVLO V. PONT. MAX.

PRVDENTIAM, FIDEMQVE VIRI SÆPIVS

EXPERTO.

PRIMVM DATARIÆ PRÆFECTO,

POSTEA

ARCHIEPISCOPO NAZARENO

POSTREMO

S. R. E. CARDINALI CREATO,

ATQVE AD INTIMA QVÆQVE ADHIBITO,

QVO TEMPORE POST CONSTANTIAM

CVM FLORENTIS PRINCIPIS GRATIAM

SINGVLAREM MODESTIAM

HABVIT,

VNDE IN ADVERSA QVOQVE FORTVNA CONSTANTIAM

EXERCERET DIGNVS,

QVI NON NISI REFLORESCENTE GRATIA

DIEM OBIRET

ANNO DOMINI M. D. C. XXII.

ÆTATIS SVÆ LVI

ANTONIVS TONTVS AVVNCVLO,

ET COLLEGIVM NAZARENVM

AB ILLO INSTITVTVM

ET SACRÆ ROMANÆ ROTÆ AVDITORVM

PA-

PATROCINIO COMMENDATUM,
PATRUMQUE PAUPERUM MATRIS
DEI DISCIPLINÆ TRADITUM
PARENTI OPTIMO POSUERE
ANNO DOMINI
M. D. C. XXXVII.

ADDITIO.

(1) XI. Martii.
(2) 21. April. Plura de eo *Oldoinus*, & *Braschius Mem. Cæsen.* cap. XXX. p. 407. seqq.
(3) Quod *Romae* editum fuit ex Typographio *Francisci Caballi* 1649.

LXXVIII. FRANCISCUS Cardinalis *Sacratus Ferrariensis*, Archiepiscopus *Damascenus* ad *Cæsenatensem* Ecclesiam translatus est 1622. die decima quinta mensis Junii. (1) Hic paulo ante creatus fuerat Cardinalis, cum Datarius esset, Auditor Sacræ Rotæ, ac utriusque Signaturæ Referendarius. Post Comitia, in quibus *Urbanus VIII.* Summus Pontifex fuerat renunciatus, excessit e vivis an. 1623. 6. die mensis Septembris, sepultusque est in templo *S. Mariæ de Anima* (2).

ADDITIO.

(1) Immo die XXV. Maii.
(2) Confer P. *Alagonam* in Epistola, qua *Sacrato* Summam S. Thomae inscripsit, & *Oldoinum* T. IV. pag. 479.

LXXIX. LAURENTIUS *Campegius Bononiensis*, sacræ Congregationis Episcoporum, ac Regularium Secretarius, hujus *Cæsenatis* Ecclesiæ Episcopus adlectus est 1623. die 18. mensis Decembris (1) an. vero 1629. (2) ad Ecclesiam *Senogalliensem* translatus est.

ADDITIO.

(1) Atque inauguratur XXI. Januarii anni insequentis.
(2) Pridie Idus Martii 1628.

LXXX. PETRUS *Bonaventura*, nobilibus ortus parentibus, in *Gattajæ* castello *Urbinatis* jurisdictionis ex Archidiacono *Urbinate Cæsenæ* Episcopus adlectus est 1629. (1) Sedit annis XXIV. obiitque die XXIII. Julii 1653. (2)

ADDITIO.

(1) Pridie Idus Martii 1628.
(2) Antistes fuit singulari pietate praeditus. Ejus Synodus dioecesana *Romae* prodiit apud *Andream Phaeum* 1638. Extat in Canonicorum Archivio libellus inscriptus: *Narrazione Istorica della buona vita, e morte di Monsignor Pietro Bonaventura Nobile di Urbino, e Vescovo di Cesena, descritta dal Sig. Dottor Francesco Maria Baldini d' Urbino famigliare del detto Prelato.*

LXXXI. FLAMINIUS Marcellinus *Romanus* familia nobili, & egregia

gia virtute præditus hanc ſedem obtinuit ab Alexandro VII. P. M. die XXI. April. MDCLV. in primo Conſiſtorio ejuſdem Pontificis. Vivit, & optimi Paſtoris famam implet. (1)

(Hactenus Ughellius. Quæ ſequuntur ad Marcum *Battaglinium* Coletus addidit)

Duo & viginti pene annos eleganter hanc adminiſtravit Eccleſiam, fatoque ceſſit Maceratæ (2) die XIV. Martii MDCLXXVII. In peculiari conditur tumulo ſepultus in choro Cathedralis.

A D D I T I O.

(1) Sanctiſſimis ſcilicet moribus *Flaminius* fuit, atque ea praeſertim in pauperes pietate, ut frumenti ſarcinam ſuis ipſe humeris in cujuſdam pauperrimae familiae domum importaſſe noctu perhibeatur. Duas praeterea Synodos celebravit; alteram tertio, & pridie idus Junii MDCLVII.; alteram tertio Kal. Maii 1661; inque illis Clerum, ac Dioeceſim optimis, licet numquam praelo traditis, conſtitutionibus coercuit.

(2) Qui factum fuerit, ut *Marcellinum Maceratae* obiiſſe *Coletus* ſcripſerit, quis divinet? *Caeſenae* defunctus ille eſt magno univerſae Eccleſiae ſuae luctu, proque funere oratione, quae typis excuſa fuit, a *Marco Verdonio S. Victoris in Valle* Archipresbytero laudatus. Neſcio autem quid *Braſchio* in mentem venerit *Mem. Caeſen. cap. XXX. p.* 415. *Marcellini* mortem tribuere *morbo contracto propter intereſſentiam longae proceſſioni cincti ſuper nuda carne aſpero cilicio*. Nihil enim de longa hac ſupplicatione memorat *Johannes Franciſcus Raynaldus Caeſenae* Patricius, & Doctor, qui XVI. Martii an. 1677. de *Marcellini* obitu, cauſiſque teſtimonium ſcripto commendavit. Unum id ait, *Marcellinum* pleuritide correptum evolaſſe ad Coelum; pleuritidem vero illam non injuria tribui poſſe aſperrimi aenei cilicii, quo octavo ejus menſis die ſacrum in Eccleſia *S. Johannis de Deo* peracturus ſeſe praecinxerat, cuſpidibus ex repetita ſternutatione incredibili quodam dolore diaphragmati infixis. Porro cadaver piiſſimi Antiſtitis, cujus memoria ex *Caeſenatium* animis nunquam excidet, Deo praeſertim, ut ferunt, prodigiis quibuſdam Famuli ſui ſanctimoniam confirmante, ſub *Guicciardio* Praeſule 19. Septembris an. 1719. in alium loculum fuit translatum, ac novae roboreae arcae incluſum cum hac epigraphe.

D. O. M.
FLAMINIO MARCELLINO
POLITIANO NOBILI ROMANO
HUIUS CÆSENATIS ECCLESIÆ
PASTORI VIGILANTISSIMO, MORUM
SUAVITATE, VITÆ SANCTIMONIA,
DOCTRINÆ UBERTATE CELEBERRIMO,
QUI AB ALEXANDRO VII. AN. DOMINI MDCLV.
AD HANC ECCLESIAM DESTINATUS
QUANTA CUM LAUDE
JUSTITIÆ, CHARITATIS, ET RELIGIONIS
FERE PER XXII. ANNOS REXERIT
OMNIUM CIVIUM LACHRIMÆ
TESTIMONIUM REDDIDERUNT.
FERDINANDUS MARCHIO MARCELLINUS
PATRUELI AMANTISSIMO
MOERENS POSUIT. VIXIT AN. LXIV. MENS. IV.
DIES XIV. OBIIT XIV. MARTII.
ANN. DOMINI MDCLXXVII.

LXXXII.

LXXXII. JACOBUS Elephantucius Nobilis *Ravennas* J. V. D. & in utraque ſignatura Referendarius, cum antea fuiſſet Auditor generalis Nunciaturæ *Poloniæ*, deinde *Hiſpaniarum*, exinde Commiſſarius R. C. A. Gubernator *Aeſii*, & *Tuderti*, tandem Epiſcopus *Cæſenatenſis* creatus eſt die xxx. Auguſti an. MDCLXXVII. At cum *Padi* aquas ruptis aggeribus *Ferrariæ* minitantes coercere opus eſſet, ab Innocentio XI. illuc tranſmiſſus, operibuſque generalis præfectus adſignatus, dum adſidua inſiſteret cura, limoſiſque commearet in paludibus, inſalubri aere percuſſus paulo poſt obiit die XXIX. Novembris an. MDCLXXIX. (1) Tumulatus eſt Ravennæ in Conventu Patrum *Minorum Conventualium*.

ADDITIO.

(1) Emortualem Jacobi diem xx. Novembris Braſchius deſignat pag. 416. Sed & ipſe fallitur. Deceſſit enim xxv. ejus Menſis A. MDCLXXVIII.

LXXXIII. VINCENTIUS Maria Card. Urſinus Ord. Præd. ex Archiepiſc. *Sypontino* ad infulam *Cæſenatenſem* translatus eſt die XXII. Januarii an. MDCLXXX. Clerum ex integro reformavit. Ipſemet Choro interveniens ſacras introduxit pſalmodias oriente Sole recitandas, & ſic horas canonicas, & divina quæque officia per integram diem perſolvenda. Cathedralem fere totam renovavit, & ad herilem formam redegit. (1) Pro Eccleſiaſticæ obſervantia diſciplinæ nonnulla promulgavit edicta. At cum per ſex annos (2) *Cæſenati* Eccleſiæ præfuiſſet ad Beneventanam translatus eſt. (3)

ADDITIO.

(1) *Præbendas præterea Canonicales Cathedralis*, inquit *Braſchius* p. 417. *diſtributis per eas ordinibus in Presbyterales, Diaconales, & Subdiaconales diviſit*. Quae tamen Conſtitutio etſi ad veterem diſciplinam accommodata, in irritum ceſſit. Epiſcopium reparavit, ornavitque. *Manſionem item Epiſcopalem*, (ut Braſchii verbis iterum utar) *Caſtri Carpinetæ jam pene ruituram, reſtauravit ad uſum æſtivæ moræ*.

(2) Septem ſcribendum fuerat.

(3) Quod ipſe *Caeſenatibus* denunciaſſe opuſculo paſtorali typis edito die 31. Decemb. 1685. ait Braſchius, cui tamen adſentiri me vetat ejuſdem Cardinalis ad Caeſenates Canonicos de ſua ad Beneventanam Cathedram translatione Epiſtola, quae 20. Martii MDCLXXXVI. data eſt. Ex Beneventana deinde Sede an. MDCCXXIV. ad Summi Pontificatus apicem evectus, Benedicti XIII. adſcito nomine, non ſolum Catholicam Eccleſiam dignis Aevo Apoſtolico moribus illuſtravit, ac ſaluberrimis editis legibus communivit, verum etiam *Caeſenatem* olim Sponſam ſuam ampliſſimorum privilegiorum honoribus proſequutus eſt. Anno porro MDCCXXX. 21. Februarii ad Superos evolavit. Plura de ſanctiſſimo hocce Pontifice ſuppeditabit *Guarnaccius* T. II. Vitar. Summor. Pontif. & S. R. E. Cardin.

LXXXIV. JOANNES Caſimirus Card. Denhoff Tit. *S. Jo. ante Portam Latinam Polonus Cæſenæ* Epiſcopus electus eſt ab Innocentio XI. die x. Decemb. an. 1686. (1) Optimis præfulſit moribus, ſumma doctrina, ac paſtorali pietate emicanter eluxit; adeo pauperum amans, ut in illos omnes redditus licet opimos liberaliter profunderet. Celebravit Synodum diœceſanam editam *Cæſenæ* an. 1693. (2) Præfuit decennio, inde *Romam* progreſſus onus dimiſit menſe majo an. 1697. (3)

ADDITIO.

(1) 3. Junii 1687. licet nonnisi 15. Novembris ejus anni Tusculo ad Capitularem Vicarium Joh. Baptistam Rossi littteras dederit, quibus illum jubebat suo ipsius nomine Episcopatus possessionem inire; quod & factum die ejusdem mensis 20.

(2) Anno quidem 1693. Synodum coegit praestantissimus Cardinalis, verum non nisi anno 1695. *Caesenae* typis vulgavit, dignissimam quae saepius recudatur, atque a ceteris Episcopis, temperato aliquantulum quarumdam legum rigore, Synodorum suarum norma habeatur.

(3) Die porro XX. Junii ejusdem anni decessit *Romae* ubi tumulatus est in Ecclesia *S. Caroli ad quattuor fontes* Ordinis Fratrum *Discalceatorum SS. Trinitatis*. Haec ejus tumulo adscripta Epigraphe plane inelegans, ac barbara, quam recitat *Guarnaccius* T. 1. Vitar. Rom. Pontif. & S. R. E. Cardin. p. 262.

D. O. M.
JOANNES CASIMIRVS DENHOFF
POLONICÆ NOBILITATIS DECVS
JOANNIS III. REGIS AD INNOC. XI.
PRO FŒDERE IN TVRCAS ALLEGATVS
OB VIRTVTVM SPLENDOREM
SANCTI SPIRITVS PRÆCEPTOR
S. R. E. CARDINALIS
CÆSENÆQVE ANTISTES
A PONTIFICE IPSO RENVNCIATVS
INTER DISCALCEATOS SANCTISSIMÆ TRINITATIS
CVIVS OPE AC TVTELA
IN POLONIAM INDVCTOS
TVMVLARI MANDAVIT.
OBIIT DIE XX. IVNII MDCLXXXXVII
ET SVÆ ÆTATIS XLIX
IN PERPETVVM GRATITVDINIS SIGNVM
P. P. MONVMENTVM POSVERE.

LXXXV. JOANNES ex Comitibus *Fontana* nobilis *Florentinus* ex *Mutiliano* diœcesis *Faventinæ* J. V. D. Gubernator *Imolæ*, Potestas *Tridenti*, Præfectus Cubiculi Eminentiss. ac Sanctiss. Viri Cardinalis (Gregorii) *Barbadici*, Vicarius generalis, ac Præpositus *Ariminensis*, & tandem Vicarius generalis Card. *Denhoff*, huic in Episcopatu *Cæsenæ* successit die 3. Junii 1697. Qui cum optimi Præsulis partes luculenter implesset (1) ad

cœlos

cœlos evolavit die 11. mensis Martii an. 1716. Duas diœcesanas Synodos celebravit, alteram mense Novembri 1708., quæ impressa fuit Cæsenæ (2) alteram mense Majo 1713. (3)

ADDITIO.

(1) De *Johannis* virtutibus prodiit *Venetiis* an. 1716. ex *Poleti* typographio Italicus auctore Canonico *Mauro Lacchinio* commentariolus inscriptus: Breve narrazione della vita piamente condotta, e terminata di Monsignor Giovanni Fontana de' *Conti di Scagnello*, *Vescovo* di Cesena 4. In fronte libelli prostat piissimi Præsulis effigies cum hac inscriptione.

JOANNES FONTANA

EX COMITIBVS SCAGNELLI

EPISCOPVS CÆSENAS

Q V I

EXIMIA IN DEVM AC PROXIMVM CHARITATE

ANTIQVORVM PRÆSVLVM ÆMVLVS

POSTERIORVM EXEMPLAR ESSE STVDVIT;

AD INFVLAM ASSVMPTVS

3. IUNII 1697.

EAMDEM OMNIVM VIRTVTVM GEMMIS ORNATAM

SEPVLCRO INTVLIT

2 MARTII 1716. ÆTATIS ANNO 72.

(2) 1709. Apud *Petrum Paulum Receptum* Ep. Typograph. 4.

(3) Alia Johannes edidit egregia pietatis, ac doctrinae suae monumenta, quae a Lacchinio memorantur: nempe 1. *Il Vescovo in visita consecrato a Gesù Cristo* da Giovanni Vescovo di Cesena, *Opera indirizzata a sacri Pastori, e vantaggiosa ad ogni Ecclesiastico, che abbia cura d'anime*, Caesenae ex Receputi typographio 1707. 12. 2. *Ritratto del perfetto Ecclesiastico, abbozzato in XXXI. conferenze spirituali*: Parmae apud Paulum Monti 1711. 3. *Il Diocesano istruito*: Caesenae Typis *Receputi* 1708. ac Venetiis ex *Poleti* Typographio 1714.

LXXXVI. MARCUS Battaglini nobilis *Ariminensis* cum *Nucerinam* Ecclesiam XXV. annis pastorali pietate rexisset (1) ad *Cæsenatem* translatus est die VIII. Junii 1716. vir editis elucubrationibus insignis, (2) & in Deum, atque in gregem suum caritate illustrior, qui senio confectus decessit an. 1717. mense Octobri (3)

ADDITIO.

(1) Extat pastoralis huiusce pietatis documentum insignis ab eo *Nucerino* Praesule editus liber hoc titulo: *Istruzione a' Parochi per ispiegare a' popoli loro la parola di*

 Dio

Dio in tutte le feste de' Santi comandate da Santa Chiesa, qui iterum editus Venetiis fuit an. 1707. ab *Andrea Poletto*. Ceterum non XIII. Junii, sed die VIII. eius mensis *Caesenatem* Cathedram indeptus est *Battaglinius*, ut sepulcrale illius elogium mox recitandum docet.

(2) Eas erudite percenset Cl. *Mazzuchellius* in eximio *de Scriptoribus Italiae* opere T. II. p. 1.

(3) Immo vero XIII. kal. Octobr. quem diem tabulae *Caesenatis* Ecclesiae adscribunt, in paterna domo apud *S. Maurum* prope *Sabinianum*. Inde vero eius Cadaver *Caesenam* relatum fuit, atque in Cathedrali Ecclesia tumulatum x. kal. eiusdem mensis cum hoc elogio plumbeae lamellae inscripto:

ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. D. MARCVS BATTAGLINI
NOB. ARIMINENSIS SS. D. N. CLEMENTIS XI. PRÆLATVS
DOMESTICVS, SOLII PONTIFICII ASSISTENS OLIM EPISCOPVS
NVCERIÆ DEMVM ELECTVS HVIVS ECCLESIÆ CÆSENATEN.
ANSTISTES DIE VIII. IVNII MDCCXVI. OBIIT DIE XIX.
SEPTEMB. MDCCXVII. AETATIS SVAE ANNORVM LXXI.

LXXXVII. FRANCISCUS XAVERIUS ex nobili apud *Rhatos* progenie de Guicciardis a *Narniensi* Episcopatu ad *Cæsenatem* an. 1718. translatus magno hujus Ecelesiæ bono; hanc enim, in cujus possessionem immissus fuerat eodem anno 20. Martii, vir pietate, prudentia, doctrinaque spectabilis etsi cum adversa valetudine fere semper conflictatus, nunquam intermisso per septem annos studio gubernavit. Testabuntur id seræ posteritati edicta plura, quæ ad Cleri, populique mores castigandos vulgavit; cum primis autem non exiguus liber, qui *Cæsenæ* anno 1722. ex *Aldobrandi Faberi* prælis emersit hoc titulo: *Decreti*, *Istruzioni*, *ed Esortazioni per li Parochi*, *Confessori*, *e Predicatori della Città*, *e diocesi di Cesena*. Obiit die XXVIII. Januarii 1725. atque in sepulcrum ab ipso sibi, suisque successoribns in principe Urbis templo conditum illatus est.

LXXXVIII. JOANNES BAPTISTA ex Comitibus Orsi *Foroliviensis* an. 1725. Episcopus renunciatus, & Kalendis Aprilis hujus Ecclesiæ possessionem indeptus novem illam omnino annis optimis legibus rexit, iis præsertim, quæ in diœcesana Synodo an. 1728. ediderat. Verum cœcitare correptus, morbo scilicet omnibus gravi, iis vero qui præsunt ob magnam rerum integre gerendarum difficultatem longe infestissimo, satius duxit sese Episcopatu abdicare an. 1734.

LXXXIX. GUIDO ex Comitibus Ursellis & ipse *Foroliviensis* a *Clemente* XII. ejusdem, quo Episcopatum *Johannes Baptista Orsi* dimiserat, anni 1734. mense Novembri *Cæsenatibus* datus fuit Episcopus. Atque his quidem præclarissimis, qui huic Ecclesiæ præfuerant, Episcopis cum ob morum integritatem, pietatemque singularem, tum ob insignem quamdam gregis sui sollicitudinem facile est adcensendus. Extant præter complura saluberrima edicta Clero, populoque suo typis proposita, extant, inquam, etiamnum in Episcopali Archivio ejus Synodales Constitutiones quatuor in libros tributæ, quas an. 1738. coacta diœcesana Synodo condidit, dignæ sane sapientissimo, ac vigilantissimo Antistite. Annum ætatis se-

secundum; & octogesimum agebat cum 18. Martii an. 1763. terræ ereptus est optimus Senex.

XC. FRANCISCUS ex antiqua, & nobilissima Aguseliorum Familia 12. Augusti an. 1724. *Cæsenæ* natus patriæ suæ, quam virtutum omnium exemplis Canonicus, doctrina vero publicus in hujusce Academia Juris Canonici Interpres illustraverat, Episcopus die Julii XXIV. an. 1763. a *Clemente XIII.* optimo nostrorum temporum Pontifice dictus fuit.

Asperis sub ipsum initium distentus negociis, iis tamen Ecclesiæ suæ maxime necessariis, atque utilibus, serius quam optabat, Diœcesim omnem perlustrare, & coram cognoscere potuit. Illud vero in ejusmodi lustratione sibi potissimum sollertissimus Præsul proposuit, ut pro sua in Archiviis pervolvendis peritia, studio, & eruditione, singularum Ecclesiarum sibi obnoxiarum jura intelligeret, onera penitus distingueret, monumenta non solum ordine, sed etiam momento quodam, & judicio disponeret. Quo sane improbo labore factum est, ut cum successoribus suis facillimam universi suæ Diœceseos status pernoscendi rationem pararit, tum sibi viam straverit primæ cogendæ Synodo, quæ omnibus plane numeris absoluta haberetur. Eam enimvero tandem A. MDCCLXXVII, triduo, 16. scilicet 17. ac 18. Junii die celebravit. Ut autem ad ejus edenda decreta deventum est, utilissimam Denhoffianam Synodum (quod optimo consilio jampridem meditatus fuerat) sibi recudendam sumpsit; sed opportunis adcessionibus ex suæ ipsius Synodi præscripto, decretisque & locupletatam, & temperatam. Quod quidem opus ut pro dignitate perficeretur (perfectum vero, omniumque votis expectatissimum brevi in lucem ex hoc ipso typographio prodibit) non exigua opera, & cura postulabatur. Faustissimus enimvero Cæsenati Ecclesiæ fuit annus 1777. Nam præter instauratam ab indicata Synodo disciplinam auctus eodem anno est illius splendor, dignitas amplificata magnificentissimo PII VI. P. M. decreto, quo plures Ecclesias ab Ariminensi Diœcesi sejunctas, & Cæsenati Episcopo deinceps parere jussas fuisse in proœmio vidimus. Utinam vero tanta Pianorum temporum felicitate quamdiutissime frui præclarissimo Antistiti liceat! Quod una mecum boni omnes precantur.

CÆSENATUM EPISCOPORUM
INDEX I.
CHRONOLOGICUS.

1419.

INDEX

INDEX II.

ALPHABETICUS.

Leonar-

